



Universitätsbibliothek Paderborn

**Divus Sebastianus Eberspergæ Boiorum Propitius, Seu
Cultus Eiusdem Gloriosi Martyris à Prima Loci Fundatione
Ad Nostra Usque Tempora Propagatus, Et Nunc Publicæ
Luci Datus**

Widl, Adam

Monachij

Caput X. Beneficia cælestia, seu miracula, Sanitatis maximè per
intercessionem S. Sebastiani Mart. Eberspergæ mortalibus ægris collata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37233

CAPUT X.

BENEFICIA COELESTIA, SEU MIRACULA, SANITATIS MAXIME, PER INTERCESSIONEM S. SEBASTIANI MARTYRIS EBERSPERGENSIS MORTALIBUS ÆGRIS COL LAT A.

Non ibo in totam retrò Antiquitatem temporum, beneficia S. Sebastiani ex seculis in lucem protracturus; nam ea antiqua documenta partim temporum injuria, & loci repetita incendia, partim fugientium literarum jam non legibilium situs, & caries nobis negarunt. Accessit ipsorum clientum, qui ejusmodi gratias & beneficia à S. Sebastiano acceperant, quædam, ut ita dicam, infidelitas, aut verecundia in nomine suo indicando, aut in tabulas referendo accepto beneficio,

quæ

quæ de causa sæpe fit , ut maximi
è Cælo im petrati favores excidant,
nullisq; consignata scriptis æterno
silentio aboleantur. Hæc cùm no-
stris quoque Annalibus communia
sint, contentus propterea ero , ea
duntaxat miracula , aut miraculis
verisimilia producere in publicum,
quæ D. Sebastianus fidelis conta-
gionis Medicus in hoc gratiarum
loco perpetravit ab eo tempore,
quo J esu Societas jussu majorum
isthîc Domicilium fixit, uno al-
róque tantum excepto , cuius scri-
ptum testimonium à prioribus illis
annis claro etiamnum charactere
inter Ephemerides inventum est.
Ordo autem , quemadmodum in
prioribus , non erit aliis , nisi tem-
poris, juxta annorum seriem, sty-
lus verò succinctus & clarus , mi-
raculorum delectus cum ratione
initus, ita , ut non omnia ejusdem
crambis recenseantur amore com-
pendij , nec etiam notabilia eorum

omit-

omittantur. Porrò cùm nomen miraculi audis, vox te non terreat. Ne crede, mercem nostram continuò pro authentica, & quæ sit indubitatæ fidei, à nobis vendi. Tanti nemo emerit ista miracula fide duntaxat historicâ & humanâ nixa, quæ uti in aliis, ita in hac quoque materia stabiliendo humano commercio sufficere debet.

§. I.

MIRACULA QUÆDAM
PRIORIS SECULI DECIMI
QUINTI.

I BatAñus à Christo nato M.D.XX contagiosâ lue hinc inde gliscente Germaniæ satis funestus. Pervadebat malum etiam Bavariam, ipsámque Metropolin Monachium intraverat: quid enim pesti invium est, aut satis clausum? strages erat non modica, in primis vero in Angerano D. Claræ Monasterio

Pestis de-
pulsa.

318 *Miracula quædam priori Seculo,*

sterio ad S. Jacobum , ubi brevi tempore ipsa Antistes loci Catharina Adelmannia , Priorissa Agnes Herdegina , & Felicitas Gralatina , nobiliora cœnobij membra ex pestilentia deceperunt , non minore ceterarum sororum periculo , quam metu , ne & ipsæ raperentur . Communi ergo consensu se D. Sebastiano hic loci propitio commendarunt omnes , edito voto , quod annis singulis curare vellent , ut Eberspergæ in Ara summa , quæ D. Sebastiani est , pro incolumitate Asceterii sui officium decantaretur . Et ecce ! falx mortis sanguientis mox stetit , suis illis victimis contenta , nullâ præterea sorore desiderata . Quod insigne beneficium scripto originali , ut vocant , nomine Conventus sui confirmavit Maria Eleonora tum temporis Antistita IV. Maij Anno M. D. LXXX. Et edamnum singulis annis à piis & Religiosis illis Virginibus mittitur via

qui

R. II
J. 1.

quidam Eberspergam, qui curet officium per musicos decantari. Id ipsum ferè, sed ex longinquo & in distans facit Monasterium Græciense in Styria Clarissarum, ut vocant, quod ob eandem causam quotannis fieri curat Sacrum perpetuum Eberspergæ ad D. Sebastianum, propitium Asceterij sui Patronum & Archiatrum.

Recito simile scriptum alterius ^{Pestis} sacri Parthenonis Monacensis, quæ Bütrichianum vocant, in eadem materia, ab Anno M. D. XLVIII. sic habet: Posteaquam Annus hic millesimus quingentesimus quadagesimus octavus, uti Monasterij nostri scriptis consignatum repérimus, cœpit Urbi Monacensi, & maximè Cœnobio nostro esse infestus, ita, ut intra paucas hebdomadas quinque de gremio nostro dilectissimas sorores, & quatuor insuper familiares domesticas pestiferâ lue extulerimus, aliæque

X præ-

320 Miracula quædam priori Seculo, &c.
præterea tres sorores eodem malo
ictæ mortem in horas expectarent:
Idcirco communi & unanimi vo-
luntate ad D. Sebastianum Eber-
spergæ propitium, tanquam Medi-
cum nostrum, conversæ sanximus,
annis singulis certam personam eo
ablegare cum binis ceræ libris &
certa pecunia Sacerdoti pro faci-
endo Sacro pendenda. Quo edito
voto, vis maligni morbi statim re-
misit, nec ulla porrò de sororibus,
aut domesticis exinde obiit. In
quorum fidem & D. Sebastiani ho-
norem hoc scriptum testimonium
ego infra scripta pro tempore hu-
jus Parthenonis ad S. Christ pho-
rum Antistita chirographo meo &
Monasterij Sigillo munitum dedi
Monachij 22. Maij Anno Christi
M. DC. LXXX.

Soror Maria Cæcilia Reuschlin
loci Antistita.

Anno

Anno Christi M. D. XCIX; certus quidam Bavariæ pagus (nomen expressum non extat) pestilenti lue correptus fuerat, ex quo, quotquot Religionis causà Eberspergam concessere, SS. Eucharistiam ibidem percepturi & ex Divi Crano hauustum sanitatis facturi, deinceps intacti, immunesque à lue perstiterunt, tribus familiis, quæ venire neglexerant, luctuoso morbo infectis.

Pestis.

§. II.

BENEFICIA, SEU MIRACULA CURRENTIS SECULI DECIMI SEXTI.

A Nno hujus Seculi currentis secundo insigne Beneficium retulit à D. Sebastiano Princeps alterius Religionis, cuius scriptum testimonium ex literis R. P. Georgij Spaiserij, olim Collegij Monacensis Rectoris, postmodum totius

X 2 Pro-

Pestis.

Provinciæ Præpositi Provincialis
huc transmissum, excerptumque
hic allégo. Tenor est iste: Quo
tempore Cæsar Rudolphus II. cum
Turcis bellum gerebat in Hunga-
ria circa Annum, uti arbitror, mil-
lesimum sexcentesimum secun-
dum, in Exercitu Cæsareo erat Dux
Teschinensis & majoris Gloggoviz
mille equitum Cataphractorum
duktor, tunc adhuc Lutheranus,
erantque ipsi equites majorem
partem Lutherani, plerique Silesi-
cum temporis nigri equites appel-
lati. Hanc Legionem cum gravis
lues corripuisset, multosque mili-
tum, ut sit, sustulisset, Sacerdos
quidam Catholicus, alterius Le-
gionis Sacellanus Castrensis multos
de suis eadém lue infectos servavit
beneficio unius sagittæ, quam Eber-
spergâ ritu consueto benedictam,
& attractu sacri Crani consecraram
antehac acceperat. Ea fama cum
totis castris percrebuisse, multi sa-

nè ex Legione Teschinensi , quæ omnium maximè laborabat, sagittâ illâ potui injectâ non sine specie miraculi sanitatem periculosè afflîctam recuperârunt. Subinde Ducem ipsum vis mali invasit nullo personæ discrimine , & vix non ad extrema deduxit. Nullum erat in remediis præsidium ; seu mali vis tanta erat , seu potius benigna misericordia Numinis dispositio , quæ homines mirabiliter quandoque , & ut ita dicam , etiam magneticè ad se trahit , animásque per corpora lucratur. Vocatus ad Principem in hoc articulo est Sacerdos ille Catholicus , necessitate magis , quam affectu , aut amicitiâ. Rogatus , ut suum quoque Duci pharmacum adeò potens communica ret , haud equidem renuit , modò Princeps ingentem fiduciam erga S. Sebastianum Martyrem conciperet , & Medicum illum invocaret. Annuit Dux morbo dictatore,

X 3 addi-

addititque, se, Lutherō abjecto,
certò futurū Catholicum, si be-
neficio S. Sebastiani convalesceret.
Dictum factum. Statim edito rite
voto secuta est sanitas. Nec dato
verbo defuit Princeps: ab ortho-
doxo quippe Sacerdote in fide in-
structus ritu Catholico confessus,
& ab hæresi absolutus est. Huc
usque testimonium de sanato Prin-
cipe & S. Sebastiano in multos be-
nefico. Cui etiam illud addere
operæ pretium visum est, quod
idem Princeps moriens filium reli-
querit Fridericum Guilielmū sum-
mæ spei & indolis adolescentem,
& duas filias, quam suam sobolem
optimus Dux & Princeps optabat
quam maximè ritu Catholico edu-
cari. Verum quod optaverat, spe-
rare tam facile non poterat ob con-
jugem Ducis Curlandiae filiam per-
ditè Lutheranam. Subinde Cæsar
Mathias, qui Rudolpho succee-
rat, eundem Fridericum Guiliel-
mum

*Conversio ad
fidem Cathe-
licam.*

R II
J a

num Maximiliano Bavariæ Duci commendatum Monachium submisit, ubi ab Anno M. DC. XIII. usque ad vigesimum tanquam flos Gymnasij & Princeps Juventutis studuit; quo tempore inter alios Scholarum Magistros dictum quoque R. P. Georgium Spaiferum Praeceptorem habuit.

Anno M. DC. IV. Princeps Carolus Comes Arenbergicus Londini in Anglia ubi tunc gravis lues invaluerat, mirâ Dei Providentiâ per intercessionem S. Sebastiani cum tota aula sua à vulgari morbo servatus est; id, quod proprio chirographo, missâque Eberspergam argenteâ Statuâ ipse met testatum voluit, de quo præcedenti capite inter Benefactores ex instituto me minimus.

Eodem Anno Melchior Maierius Adlzhusianus haud procul Augustâ per intercessionem S. Sebastiani à pertinaci multorum anno-

Pestis.

Phrenes

Paralys

morbus co
mittialis.

326 *Miracula currente Seculo,
rum phrenesi, quædam verò Ger-
trudis Sigerstorffensis à morbo co-
mitiali & vaga paralysi, ambo se li-
beratos professi sunt.*

Varij morbi.

Sub idem tempus ex gravi pe-
dum & brachiorum stupore sibi re-
stituta ope D. Sebastiani est Prz-
fecti memorij hic loci Uxor, ge-
minæque ejus filiæ ex ignea & ma-
ligna febri. Eidem Sancto valetu-
dinem suam acceptam refert Ca-
sparus Horman haud procul Hagia
Bojorum ab omnibus jam conclu-
matus licet, ac depositus. Nimi-
rum ubi humana ars desinit, cale-
ftis incipit. Pari modo Wolfgang-
gus Lux ex Toparchia Trostbur-
gensi oblatione aliquot gallinarum,
faustis avibus, ut ajunt, familia lux
immunitatem à peste, quæ pagum
ipsius corripuerat, impetrâsse piè
credidit eodem anno.

Anno M. DC. V. Meminère Ta-
bulæ nostræ insignis miraculi. In-
ciderat quædam mulier in puteum

*Leprosus in
puteum.*

cen-

centum quadraginta pedes altum,
Sub ipsum lapsum miseræ venit in
mentem, peregrinationem in mon-
tem Andecensem & Eberspergam
voveret, cā ratione salvam fore.
Vovit, evasit in columnis. Votum
Eberspergæ ritè exsolvit.

Bernardus Kazelius malignâ fe-
bri ustulatus facto ad D. Sebaſt, vo-
to, oblataque certâ ad aram map-
pâ sibi plenè redditus est. Pari
ratione Joannes Bechartinger Per-
tenstainensis oblato cero corde
cordis sui dolores abstersit.

Anno M. DC. VI. Votum exfol-
vère plures ob impetrata à Divo
non vulgaria beneficia: Ursula
quædam Obingensis ob immuni-
tatem à peste, quæ pagum, quem
incoluerat, populabatur: Barbara
Naderin Babenhamensis ob. ve-
nenatas pustulas, quibus toto cor-
pore ardebat, feliciter absteras.
Georgius Roth Berchlenensis ob
immanem, quâ lacinabatur, pleu-

X 5 riti.

Febric.

Cordic.

Pestis.

Pleurit.

328 *Miracula currente Seculo,*

ritidem ope Sancti curatam, Wolfgangus Schwaiger Parœciæ Oberhusanæ ob gravem mensis integrum languorem & vires plenè pessimatas miraculo recuperatas. Joannes Mend Parochiæ Erlbecensis ob filij dysenteriam abstersam.

Dysenteria.

*Emortuum
brachium.*

Eodem Anno Georgius Schoffer Civis Wässerburgensis D. Sebastiano in acceptis refert penitus emortuum brachium pristino successo ac vigori restitutum.

Idem D. Sebastianus aliam mulierem jam morti admotam, ac vix non expirantem, cum mortualem Cereum, vitæ humanæ Hesperum, jam manu teneret, voto à propinquis edito, in vita retinuit. Beneficium tam luculentum affixa tabula fecit testatum.

Anno M. DC. VII. Ursula Hindermairin Finsingensi aridum & inutile brachium, quo per semestre laborabat, ope S. Sebastiani ad officium rediit. Alia Anna quædam

Dun-

*Morbus Le-
thalus.*

*Aridum
brachium.*

Pefus.

Duntenhusiana ex undecim liberis
binos peste infectos tenero misera-
tionis sensu intuebatur. Verita,
Pestis.
ne hereditario malo etiam ceteri
corriperentur, voto illos D. Seba-
stiano commendavit, quo factō al-
tera quidem proles ex peste deceſ-
ſit, altera vero convaluit, quasi ex
quo mors & vita cum bona ma-
tre partitentur, nemine postmo-
dū ex tota domo afflato.

Anna Altenburgica undecim
hebdomadas ad mentis usque ab-
errationem & delirium lecto affixa
edito voto sibi redditā est. Bar-
bara Suterin quinque locis corpo-
ris pestiferis carbonibus ardens
mortem in horas expectabat, sed
D. Sebastiano Medico usa conva-
luit, uti & Anna Walterin ex pleu-
ritide.

Christophoro Albrecht Mitter-
ſpergensi filia erat adulta, quæ in-
fanis capitī doloribus ad eam in-
temperiem redacta erat, ut ex ra-
A' mentis.
bie

330 *Miracula currente Seculo,*

bie propriæ parentum vitæ minaretur , & violentas manus afferret.
D. Sebastiano à parentibus devoit ad mentem , & pristinam tranquillitatem rediit.

Tumor.

R II
J 4

*Dolor pe-
dum.*

Apolloniæ cuidam Glonensi collum usque adeò intumuerat , ut vocis obstructum iter penitus interciperetur , nec jam ulla via , aut facultas esset loquelæ . Voto facto sanitas cum voce rediit ,

Ursula Buechmairin Emeringesis Parœciæ quindecim ipsos annos in pede sinistro crudelissimè passa ex ignotis doloribus miserè affligebatur. Videre tandem in somnis visa sibi est Beatæ memoriarum Religiosissimam Eberspergæ Fundatricem Richardem Udalrici I. Comitis Uxorem suaviter monentem ut D. Sebastiano pedem commendaret , & Eberspergam veniret. Paruit , & molestissimâ tot annorum compede liberata est.

Curia

Curio quidam jām viginti animas de grege sibi commisso peste extinctas amiserat. Veritus, ne plures sequerentur, supplicationem Eberspergam oviculis suis indixit. Profuit consilium, nullo deinceps suorum ex pestilentia desiderato.

Pestis

Año M D C. VIII. voto se D. Sebastiano obstrinxit Barbara Conratin propter liberos turpissimā scabie & specie quadam Elephantiasis adesos, quos tamen paulò pōst totos mundos, bellos ac terros ex squamis recepit,

Elephantiasis

sic.

Plures hoc anno à mala lue ope D. Sebastiani se liberatos professi sunt, de quorum numero solum Geòrgium Wernberger allégo, qui ex decem capitibus domi suæ peste sublatis evasit, & sotéri suo hīc Eberspergx se gratum stitit. Similem favorem expertus est Johannes Hueberus Kalwinensis, qui adverso flumine navi cum vino ex Austria redux, & ipse perstitit à lue

Pestis

332 *Miracula currente Seculo,*

*Iue incolumis, quæ itineris socios
fædè prostraverat.*

Surditas.

Casparus Singer in honorem S. Sebastiani edixit, se ex gravi defluxione in aures promanante sex integris hebdomadis nihil prorsus audivisse, ne quidem vs campanum ex vicino tinniens, ope vero S. Sebastiani paulò post organum recepisse.

Magdalena quædam honestorum parentum filia de statu mentis dejecta, & per incuriam domesticorum ædibus in silvam elapsa & amissa, ubi primùm edito voto S. Sebastiano commendata est. rediit ovis perdita & inventa est, quæ perierat.

Puerperium

Barbara quædam infelix mater Kirchdorffensis Parœciæ ipsos octo dies cum partu ad mortem usque luctata, obstetricante D. Sebastiani ope impedimento uteri feliciter soluta est.

Seba-

Sebastianus Zechentmair ex
Oppido Aiblingensi anno integro
utroque pede captus, voto ad Di-
vum factio exiliit

Pluribus beneficiis quoniam hic
annus scatuit, cetera omittenda
censui, ne eadem semper massa
redeat, quod & deinceps, quan-
tum per me stabit, observabo ac-
curatè, ut Lector non fatigetur,
quem brevitate saltem adjutum im-
pensè cupio.

Anno Christi M. DC. IX. plures
rursus personæ, quas singillatim re-
censere longum foret, à peste se
præservatas etiam inter media fu-
nera, hinc & hinc cadentia, Eber-
spergæ professæ sunt, voto pro-
pterea ritè exsoluto.

Margarita Föllbaumin Elckofen-
sis muta omnino effecta erat, ita,
ut à festo S. Michaëlis usque ad Pa-
scha ne verbum proferre potue-
rit. Divo commendata lingua
vinculum rupit.

Wolf-

Personæ
muta.

*Casus ex
alio.*

Wolfgangus Holzner è Garsten
Parœcia oriundus de procerâ ar-
bore quam conciderat, præcep-
sus aliquantum pro mortuo ja-
cuit, atque adeò lingua usum per-
didit. Ubi verò mater D. Seba-
stiano cum devovit, vocem & spi-
ritum resumpsit. Simile est, quod
Leonardo Lankof sub idem tem-
pus evénit. Cædendis in silva li-
gnis operam suam addixerat: cùm
sui incurium cadens fortè Pinus
apprehendit & solo affixit. Ubi
in hoc articulo D. Sebastiani opem
imploravit, sine ullo corporis, aur-
conquassationis vitio surrexit in-
columis.

Vlcius.

Agatha Forsterin toto anno gut-
tur & palatum fœdè exulceratum
maximo cibi traiiciendi incom-
modo senserat verum D. Sebastiani
beneficio lenimen recepit.

Ponè Aedes piæ Viduæ Mosbur-
gensis ipsis Feriis Paschalibus or-
tum erat repentinum incendium;

&

&, ut fit, voracitate suâ longius
ibat & minabatur proximis. Eam
flammatum ut à sua domo averteret
mulier, Divo Sebastiano supplex
facta, sensit illicò sanctum Marty-
rem ferocientis Elementi domi-
num & dcontitorem.

Annus Christi M. DC. X. Simi-
libus omnino beneficiis gloriatur
& testibus, in quibus referendis
breves sumus. Maria Halmairin
Wingensis in gravi infirmitate tota
muta effecta argenteâ linguâ D. Se-
bastiano oblatâ, linguam suam re-
demit, de mutâ, diserta Medici sui
commendatrix.

Clarissimus D. Casparus Braun
Juriū Doctor & Advocatus Aiblin-
gensis phrenesi ad mortem usque
adactus & jam à Medicis depositus
ope S. Sebastiani plenè convaluit.

Sequitur Anus Christi M. DC. XI,
qui gesto feliciter Salisburgensi bel-
lo Bavariæ memorabilis fuit. Ibat
Sereniss. Dux Maximilianus cum

Y exer-

Os mutum:

Phrenesia.

Pestis.

exercitu ad vindicandas Halæ di-
vitis salinas, sed cum exercitu quo-
que procedebat comes & pedisse-
qua mala pestis, quæ licet jam mul-
tum grassaretur, ut sit, in magno
populo alimentum naæta, ope ra-
men & lipsano S. Sebastiani, quod
Serenissimus hinc secum habebat,
ab ulteriore clade prohibita est, ni-
hilque Serenissimo ejusque Aulæ
porrò nocuit.

Matthæus Nidermair Griendal-
lensis triennio integro mutus ne
verbulum in potestate habuit. Lo-
quelam postliminio recuperatam
D. Sebastiano se debere confessus
est. In eum finem pertinacis silen-
tij sui testes duos honestos viros &
consciam prodigijs uxorem Eber-
spergam adduxit, qui assertione sua
miraculo fidem & authoritatem
facerent.

Gaspar Stromair Belinenſis jam
magnis itineribus ad mortem pro-
perabat, lethali morbo ad ultima
dedu-

*Morbis le-
thalis.*

R II
Jn

deductus. Verum edito ad Divum
voto, attonitis omnibus, qui sta-
tum morbi antea noverant, in pe-
des surrexit, & Sotéri suo se gra-
tum stitit redivivo propè, quam
convalescenti similior.

Mathias Giller Beihardingensis
tredecim integris annis inutilia bra-
chia ingenti cum dolore circumfe-
rebat annoso nervorum sopore stu-
pida. Néque balnea quicquam
leniendo malo ceteraque medici-
na profecerant; Cùm oblatis D.
Sebastiano cereis brachiis facili
commutatione sua longè meliora
& prorsus sana recepit. Adeò vili
nostra à Divis emimus.

Anno M. DC. XII. Inclita Civi-
tas Müldorffensis cum Labaris &
vexillis Eberspergam venit, & ma-
gni ponderis cereum obtulit, im-
petravitque hac suâ Religione, ut
nemo porrò anni illius peste cor-
riperetur, qui verò jam antè cor-

*Stolidum
brachium.*

Pestis.

Y 2 repti

338 *Miracula currente Seculo,*
repti erant, ex fatali malo, patro-
cinio S. Sebastiani, resurgerent.

Tumor.

Rosina Schwaigerin Hospitis Mo-
nacensis uxor insolito tumore usq;
adèò inflata est, ut caput esset in-
star maximæ cucurbitæ, & os omni
prorsus loquelâ destitueretur. Vila
est bona mulier, dormiens an vi-
gilans incertum, D. Sebastianum
coràm intueri, monentem, ut vo-
tum ederet, fecit, quod iussa fue-
rat, convaluit, & miraculum Eber-
spergæ in tabulas referri jussit.

Pestis.

Cùm Anno superiore luctuosa
contagio pagum Mettenhaim infi-
staret cum strage quinquaginta ca-
pitum, tota communitas majorem
cereum & supplicationem D. Se-
bastiano vovit, nullusque ab eo
tempore néque hoc, néque præte-
rito anno ex morbo illo porrò de-
cessit, id, quod uno ore totus ille
populus sanctè testatus est. Cùm
votum hîc sùm exsolveret.

Bat-

Barbara Seeholzerin Gernensis
domicilio, tam acutis doloribus in
gravi infirmitate conficiebatur, ut
novaculis & cultris media sibi di-
scindi videretur sensu planè acer-
bissimo totum corpus pervadente;
durabat malum propè supra pati-
entiam ipsis septem hebdomadis.
Die quodam obversabatur ipsi S.
Sebastianus, cui se enixè comen-
davit. Quo facto in tantùm mox
restituta est, ut Oeconomicis &
domesticis negotiis hactenus inter-
missis intendere posset. Sensim
etiam vis morbi omnino remisit.
Cujus miraculi testes nominavit
duos honestos Cives Monacenses.

*Diri crus-
ciatus,*

Juvat hoc loco & Anno ex scri-
nij nostris proferre scriptam atte-
stationem Inlyti Oppidi Crain-
burgensis ob pestem feliciter ab
agro suo propulsatam, quæ est hu-
jus tenoris: Nos Camerarii & Se-
natores Crainburgi &c. hiſce no-

Pestis:

Y 3 tum

340

Miracula currente Seculo,
tum, testatumque hoc publico scri-
pto facimus omnibus ac singulis.
Postquam elapsi Anno superiori
M.DC.XI luctuosa pestis, justâ Dñi
permissione Oppidum nostrum in-
tra, & extra muros invasit, & ulti-
rius grassari cœpit; Idcirco statui-
mus de communi Civium nostro-
rum voluntate magnum Cereum
unius Centenarij ex pecunia oftia-
tim collecta confiscare, & solenni
Supplicatione eundem Ebersper-
gam deferre D. Sebastiano Ma-
tyri offerendum. Quo facto fune-
sta lues de singulari favore Numi-
nis & ope S. Sebastiani ab Oppido
& agro nostro se avertit, ita, ut ne
una quidem persona (exceptâ mu-
lierculâ cælibe, quæ temere hinc
inde discursando, nec occasione
vitando, importunâ familiaritate
suâ ultrò in periculum se induit)
deinceps ex hoc malo decesserit.
In quorum fidem nos supra citati
Camerarij, Senatores Oppidi no-
stii

R II

J 4

stri minus Sigillū appressimus. Da-
tum XXIII. Martij An. M.DC.XIII.

Plura ejusmodi beneficia hoc
Anno in tabulis nostris recensem-
tur. Sed ne eadem semper cum
fastidio commemorentur , aliqua
omittenda censui, ut Lector suble-
vetur.

Anno M. DC. XIIII. quò vaga
Pestilentia etiam viciniam nostram
arrodere cœperat , (& omnes , uti
par erat , suæ quoque pelli, ac vitæ
timerent , ob funesta luis exempla
alibi edita) propitiandæ iræ Divinæ
Eberspergam supplicatum vene-
runt spectabili sanè Religione tri-
ginta octo diversæ quæ Civitates ,
quæ Oppida, pagi, & parœciæ, ma-
gno suo , ut postea compertum est,
bono corporum & animorum.

Serenissimus Archidux Maximi-
lianus tunc regens in Tiroli cùm
hoc Anno ex Comitiis Ratisbo-
nensibus domum rediret , Eber-

Y 4 spercæ

Sereniss. Ar-
chiducis Ma-
ximiliani
testimonium
de Peste.

spergæ, quæ transibat hæc verba,
D. Sebastiano ex tali oraculo per.
quam gloria, prolocut⁹ est: Quod
in itū nostro & itinere Ratisbo.
nam instituto ex **C**ranio S. Seba.
stiani biberimus, ejusque conse.
cratas sagittas nobiscum tulerimus,
profuit nobis ad salutem: nemo
quippe ex universa Aula nostra
(quæ gratia paucis ibi degentibus
Principibus contigit) ex conta.
giofa luę decessit.

R. D. Sixtus Piscator Parochus
Lizelburgensis haud procul Augu.
stā, cùm ab immanem Cephalal.
giam & insuperabiles capitis do.
lores nihil in arte medica inexper.
tum reliquisset, profusis magnis
sumptibus nihilo melior factus est:
at verò ubi D. Sebastiano, cuius
tunc magna passim fama erat, se
commendavit, salutem invénit.

Gabriel Neumair Kirchhaimen.
sis, videns tætram luem in pecora
sua irrepsisse, pluraque capita haud
mo-

*Cephalalgia.**Lues peco.
varia.*

modico Oeconomiae damno jam
strata procubuisse, stabulum suum
voto facto, D. Sebastiano com-
mendavit, sanumque recepit.

Sigismundus Widmann pistor Puerperium.
hujas pro sua uxore cum partu pe-
riculosè luctata solitus, multis
alijs nequicquam tentatis, eam
D. Sebastiano devovit, simûlque
effecit pulchræ sobolis parentem.

Quod primo, aut secundo loco Pestis.
memorari debuisset, est, quod du-
rantibus Comitiis Reverendiss. &
Celsiss. Principi & Episcopo Augu-
stano, ejusq; Aulæ evénit. Omni-
no adscribit D. Sebastiano optimus
Princeps eam gratiam, quod nemo
è suis, tametsi peste jam afflatis
obiérerit: item, quod multi, ex af-
fidua cum infectis Civibus familia-
ritate & commercio habito malum
domesticum non attraxerint. In
debitam gratiarum actionem ipse
Princeps Eberspergam venit, & vo-
tum suum præsens exsolvit.

Testi-
monium Cel-
lissimi Prin-
cipis & Epi-
scopi Augu-
stani.

Y 5

An-

*Apostema
& ulcus.*

Annus Christi M. DC. XIV ijs.
dem ferè miraculis fæcundus stri-
ctim propterea enumerandus erit,
ne cibus idem semper appositus
nauseam creet.

Casparo Maier Civi Wasserbur-
gensi filiola erat annorum quatuor
Catharina appellata, corculum pa-
rentis, sed postea cordolum, cum
tribus lethalibus ulceribus & Apo-
stematis ad mortem usque urgeri
cœpit, ex quibus tamen voto edito
Patri restituta est dilecta proles.

*Terbale pul-
nus.*
Joannes Laudner Veldensis Pa-
rœciæ à nocturno quodam graffia-
tore geminis lethalibus plagiis con-
fossus erat, in quibus curandis fru-
stra desudavit humana ars & indu-
stria. Implorato cælesti Chirurgo
Sebastiano, præter spem convalesuit.
Quod prodigium propriâ manu
adductisque duobus honestis testi-
bus comprobavit.

Eiusdem Divi medicâ ope mori-
quoque, quæ jam in januis erat,
prz-

prærepta est Anna Jacobe Elsesheimia, uti fusiū narratur in appensa tabula ejusdem anni XIV. Augusti, Fidem miraculi amplificat testimoniū Medici, ejusque chirogramphum.

Anno Christi M.DC.XV. D. Sigismundus Castner Prætor Schön-augensis, cùm pestis territorium illud corripuisse, vi muneris sui adesse debebat rebus afflictis, omnémque procriptionem facere, ut in tempore malum illud sōpiretur. Quare ipse, si ullus alias in summo & proximo periculo versabatur. Quia verò suam ad D. Sebastianum fiduciam convertit, potumque suum injecta sancti Martiris sagittā imbuit, evasit salvus & incolumis.

Uxor Joannis Speh Malingensis noctu per imprudentiam grandem arenam ori se insinuantem degliverat. Vim suam mox exeruit venenum; quippe paulo pōst præter

Pestis.

Aranea de-
glutita.

346. *Miracula currente Seculo,*

ter morem intumuit femina. Cum
nulla alia medicina occurreret pe-
riculoſo malo idonea, benedicta
S. Sebastiani sagittā potum diluit.
Bibit in honorem Sancti & simul
in ſui ſanitatē. Profuit haufus,
convaluit adductis in fidem mira-
culi tribus probatis testibus.

An. M.DG.XVI. & M.DC.XVII.
hęc, quę noto, miracula tabulis
consignata invenio: Abraham
Wölkel hospes Oppidi Buechba-
censis D. Sebastiano debet filiam
ſuam Felicitatēm ſevā pleuritide
liberatam:

Thomas Kolbinger Navicula-
rius feliciter declinata pectis peri-
cula in prætentissimis occaſionibus
& itineribus per Austriaṁ paſſim
infectam ſuceptis, præſertim cum
de ſuis remiges quosdam amifil-
ſet.

Notabile eſt, quod Generoſo
D. Thimonii à Lindelō & Thalhau-
ſen Sereniff. Ducis Bavariae Eque-
ſtris

Pleuritid.

Pectis.

*Casus ex
Rheda peri-
culofus.*

itris turniæ Magistro contigit, quodque ipse met proprio chirographo testatum fecit. Vehebatur dictus Dominus Talhusam levi esedo, seu rhedâ volante: cùm nescio quibus intemperijs turbatus equus cœpit furere, calcitrare, lora & vincula rumpere, ita, ut eâ agitatione rhedâ in frusta iverit & multis partibus confracta fuerit. Curru propterea excussus Dominus graviter in capite lapsu illo vulneratus, deteriorius etiam resiliente ligno quopiam in laterè quassatus & afflictus fuit, ut aliquot horis pro mortuo jacuerit, & latus totum nigricante sanguine suffusum apparuerit. Ubi ex deliquio sibi redditus fuit, dolores recruduerunt multi ac sævi, qui repetitis vicibus ipsum sensibus destiterunt. Subinde æger voto edito se D. Sebastiano commendavit, & sanitatem multis exercitam recepit.

Insi-

*Tumur Ca-
pitis.*

Insigni D. Georgio Friderico Staudinger Præfecto Burckrainensi filiola erat tenera, Catharina appellata. Huic post periculosam exantlatam infirmitatem collum & fauces adeo fœdè intumuerant, ut transitus cibi omnis interceptus ne tanto quidem spatio hisceret, ut per angustum gutturus vel parùm aliquid traijci posset. Floridam puellæ vestem miseratus D. Sebastianus voto à parentibus invocatus eam in vita retinuit. Miraculum suomet chirographo asseruit Dominus parentis, aliique facti hujus consci legitiimi testes.

Phrenesis.

Piè lepidum est, & ingenuam simplicitatem sapit, quod sequitur. Balthasari Schönwötter Berlacensis filius erat annorum undecim pessimè à phrenesi habitus. Decretum illi erat, peregrinationem vovere, sed optio perinde difficilis, in designando loco & sancto. Tres igitur parvulas cercas candelulas ac-

accedit, unam in honorem D.
Virginis Duntenhusianæ, alteram
in S. Sebastiani Eberspergensis, ter-
tiam in honorem S. Bennonis Mo-
nachij propitij, eâ mente, & coh-
filio, ut, quæ ex his candelulis o-
mnino æqualibus, & paris altitu-
dinis omnium primò deflagratet,
eò peregrinationem pro filio suo
institueret. Hoc signo bonus vir
divinam voluntatem metiebatur,
vel interpretabatur. Soñs cecidit
super Sebastianum : ejus candela
omnium primò fuit absoluta. Ve-
nit Eberspergam parens, & domum
redux filium incolunem, néque
deinceps malo illo tentatum invé-
nit, Adeò S. Sebastianus votis pio-
rum se ultrò offert, & ingerit.

Annus Christi M. DC. XVIII.
qui insolito crinito sidere memo-
rabilis fuit, etiam D. Sebastianum
Eberspergæ Thaumaturgum ha-
buit, uti & annus sequens, quem
compendij gratiâ in unum jungi-
mus.

mus. Spectatissimo Domino Jo-
anni Hertschroi Bibliopolæ Mona-
censi filius erat biennis. Ei post
absteros primos variolarum flores
in capite Apostemæ coaluit, in quo
curando omnis ars succubuit: qua-
re mortualis Cereus multoties ipsi,
ceu moribundo, in manus datus
est. Mater, suâsu Medici, filiolum
D. Sebastiano devovit tanto cera-
pondere, quantum infans libra-
bat. & ecce! ruptum continuo
ulcus, invento alveo ac canale, per
dexteram auriculam erupit, ac pu-
sionem matri in columem restituit.
Medicus ipse, qui erat Excell. D.
Georgius Grembs beneficio huic
per S. Sebastianum impetrato manu
suâ fidem fecit.

Honestissimus Vir Georgius Ege-
ther Civis Monacensis Surditate
sanè molestâ laborabat. Medicis
nihil proficientibus ad D. Sebastiani
opem confudit, quam & sensit effi-
cacem, paulò post ipsem et Eber-
sper

*Apostemæ.**Surditate.*R II
I R

Ope S. Sebastiani M. patrata. 351

spergam venit, & caput humanum
ex cera formatum obtulit in eu-
charisticon.

Wolfgangus Mair Lainingenensis ^{Incendium.}
Toparchia Altenhochenaugiensis
S. Sebastiano servatas ab incendio
ades adscribit. Flagrabat vicinus
ipius: jāmque igneæ scandulaæ
flante vento per aërem volantes in
tectum propinquæ domus, quæ
Wolfgangi erat, magno numero
deferebantur. Desperata res vi-
debatur, & non nisi eruptura ibi
quoq; flammæ expectabatur. Secùs
evenit. Stetit domus S. Sebastiano
devota inter strepentes ignes il-
læsa.

Laborabat Apollonia Schmidin
Enlibuechiana lethali pleuritide,
quæ ad sanguinis usque ejectionem
seva erat. Invocavit S. Sebastia-
num Eberspergæ ægra mulier &
potui consecratam sagittam im-
mersit. Babit inde non mortem,
sed vitam. In cuius beneficij fidem

Z addu-

^{Pleuritæ.}

352 *Beneficia à D. Sebāst. M. collata*
adduxit tres viros in testes, quibus
miseræ status satis supérque cogni-
tus naturæ vires superare videba-
runt.

§. III.

BENEFICIA A D. SEBA-
STIANO COLLATA AB
ANNO M. DC. XX. USQUE AD
ANNUM CHRISTI
M. DC. XL.

Vacca fa-
nata.

Georgio Pauer vacca erat, quam
rabiosus canis momorderat.
Inde morbus animali consitus fuit,
quia verò bonus vir vitulum pro-
ximè ex ea nasciturum D. Seba-
stiano vovit, sanam recepit, & hoc
anno votum suum liberavit, Autu-
mno exeunte. Cetera annis pr-
cedentibus communia & ferè simi-
lia consultò omittimus.

Pestis.
Testis-
monium Sea-
reniss. Ele-
ctoris Ma-
ximiliani.

Anno M. DC. XXI. post domi-
tos jam Rebelles, ac receptam Pra-
gam Sereniss. Dux Maximilianus

ab An. M.DC.XX. ad M.DC.XL. 353

ex acie cum trophæis in Patriam
nuper redux etiam Eberspergam
venit, & Sancto Archistratego Se-
bastiano ipse supremus militiæ Dux
gratias egit, quod inter tot mortes,
Procerum & Ducum funera ipse
evasisset incolumis.

Anno M. DC. XXII. quidam Ar-
thritide usque adeò afflictus erat,
ut trunci instar sine omni motu ja-
ceret. A D. Sebastiano, quem in-
vocarat, auditus tridui itinere huc
perreptavit, & plenè convalescens.

Annus M. DC. XXIII. varios *Varij morbi.*
rursus morbos, prout in tabulas re-
lati sunt, à D. Sebastiano pulsos ex-
hibet: Videlicet Vito Lackhner
Monacensi puncturas & aculeos
cordis: Matronæ Nobili manibus
pedibuscque captæ & toto corpore
tetrâ sanie obsitæ abstersam Ele-
phantiasin; Alteri item Matronæ
lethalem pectoris tumorem.

Anno M. DC. XXIV. Hospita Zor-
noldingensis ortum domi suæ in-

Incendium.

Z 2 cen-

354 Beneficia à D. Sebast. M. collata
cendum, voto ad D. Sebastianum
edito, ita restinxit, ut minimo da-
mno sospitum fuerit, nec ulterius
eruperit.

Virum octogenarium diutino
morbo stratum ingens desiderium
incessit D. Sebastiano adhuc semel,
antequam moreretur, supplicandi,
& vitæ missionem per intercessio-
nem ejus impetrandi. Votum igi-
tur emisit Eberspergæ confitendi.
Auditus est. tantum virum mox
addi sibi sensit, ut Eberspergam
ipse perreptare posset. Adrepsit,
ibique confessus illud antiqui Si-
meonis propempticon sibi ipsi ac-
cinuit: Nunc dimittis servum tu-
um Domine; nunc ô S. Sebastiane,
terrâ satur libens, volensque mo-
riar! &c. Doinum reversus con-
vasavit quidem, sed meliore vale-
tudine, atque etiam firmiore usus
postea fuit, quam antehac.

Anno M. DC. XXV. Christo-
phorus Reindl Fraunbergensis pro-
lem

Stephan-
tiasis.

R II
J a

lem suam ipsos annos duodecim horribili scabie & ulceribus deformem D. Sebastiano curandam enixe commendavit. & ecce! tæter morbus evanuit, qui immedicabilis credebatur.

Eodem anno Hemiplecticum quendam à foedis in terram prolationibus à D. Sebastiano liberatum, Puerum insuper pedibus antehac captum, & elumbem feminam pristino vigori restitutam in fastis nostris invenio.

Anno M. DC. XXVI plura D. Sebastiani beneficia mortalibus ægris collata scriptò consignata sunt, verùm ejusdem propè coloris cum annis prioribus, ideo unum duntaxat & alterum allegare placet,

Petrus Merck D. Sebastiano in acceptis refert absteros gravissimos capitum dolores ad delirium usque & aberrationem mentis progressos: Jacobus Hofmann Ingelstergensis conjugē ex lethali mor-

Varia Infirmitates.

Z 3 bo

356 *Beneficia à D. Sebast. M. collata*

bo quasi redivivam : Jacobus Weber Hambergensis filium antehac emotæ mentis sibi redditum : ac denique Joannes Feldner ex intervallis insaniens , ita , ut viginti septem annis in catenis attineretur , recuperatam itidem sanam & æquabilem mentem.

Epidemias.

Anno M. DC. XXVII. pagus Althamensis præsentem D. Sebastiani opem expertus est : nam , cùm malum Epidemicum locum illum invasisset , magnamque stragem haud ex vano minaretur , experrecta ad S. Sebastianum communitas illavovit majorem Cereum & supplicationem decies quinques Eberispergam per vices instituendam . Adfuit continuò favor ex alto , testaque sunt Althamenses oblatâ imagine & grandi Cereo , D. Sebastiano incolumentatem se debere .

Eodem Anno Melchior Mair Uxorem suam ex longa paralysi salvam à D. Sebastiano recepit , Ca-

Paralysi.

ab An. M. DC. XX. ad An. M. DC. XL. 357

sparsus Stöckmair verò Indinganus
liberos venenatis pustulis aspersos
ex peste.

Anno M. DC. XXVIII. Bartho-
mæus Stockhamer Landishutanus
obsequio pestiferorum destinatus,
antequam periculoſo munere ex-
poneret, edito voto ſe D. Seba-
stiano commendavit. Evasit liber,
& ejus familia. Idem de ſua do-
mo teſtatus eſt Joannes Pröls Vo-
ckenſtorfensis, quæ ingressâ jam
peſte actu infecta erat, nullum ta-
men funus censuit.

Matrona quædam Landishutana
verbo & ſcripto teſtata eſt, domi
ſuę ſublatis infestâ contagione jam
ſeptem domesticis, filiam quoque
natu minorem arſiſſe, voto verò
ad D. Sebastianum edito, malum
illicò ſtetiſſe.

Hoc ipſo anno duo Patres Oet-
tingani Soc. Jesu miſſi à Superiori-
bus peregrinatum venere Eber-
ſpergam, ut nomine illius domiçiliij

Z 4 vo-

R. II
J. a.

358. Beneficia à D. Sebاست. M. collata
votum exsolverent, eam maximè
ob causam, quòd, Oettingâ licet
afflatâ, nostris integra valetudo
constiterit. Sed & nostri PP. Eber-
spergenses Sancto suo Indigeti in-
columitatem suam in acceptis re-
ferunt: Satis enim perspicuè con-
stebat, aliquos peste actu correptos
ex vitiatis ædibus clàm egressos
nostra in templo, confessionalia
subiisse, ibidémque flagrante jam
morbo confessionem deposuisse
nihilque propterea læcos nostros,
imò salvos permansisse omnes in
obsequio Charitatis.

*Apparitio,
S. Sebastiani.* Nec omittendum censeo, quòd
sequitur. Mendicus quidam mori-
ens à matre sua pro ultima quasi
gratia enixè postulavit, ut pro se
Eberspergæ ad Divi Sebastiani sa-
crum dici curaret, addiditque sibi
aspectabilem adstitisse S. Martyrem
clarâ specie, dixisséque expresse,
finem vitæ sibi imminere. Vati-
respondit eventus: mortuus est La-
zarus

ab An. M. DC. XX. ad An. M. DC. XL. 359

zarus mendicus, & ut speramus,
assistente D. Sebastiano, piè ac
sanctè.

Anno Christi M. DC. XXIX. fa-
ctum noto ad honorē sancti Seba-
stiani, quod cum uno Patrū nostro-
rum contigit, & continet aliqua
omnino singularia. Tu, amice
Lector, rei seriem ex nostris tabu-
lis accipe, sic illæ habent: Non-
neminē ex nostris munificus Mar-
tyr Sebastianus multiplicibus be-
neficiis cumulavit, quæ quoniam
nunc demum ad liquidum explo-
rata sunt, etsi temporibus disjun-
cta, unius tamen narrationis filo
ac serie conjungenda sunt. Is er-
go Pater duodetriginta abhinc an-
nis cùm admodùm puer esset, gravi
ac diuturnâ in faucibus anginâ
propè proprius strangulatus, operâ
demum Medicorum in tantùm re-
stitutus est, ut convaluerit, tem-
poraria verò sanitas ultra mensem
sibi non constiterit, opusque fue-

*Mira S. Se-
bastiani.
Benevolen-
tia erga Re-
ligiosum.*

Z 5 rit,

360 Beneficia à D. Sebast. M. collata

rit singulis deinceps mensibus
noxiū sanguinem per admotas
cucurbitas à faucibus abstractum
aliò derivare. Fiebat nihilomi-
nus sæpiuscule, ut angina ipsis
induciis facta efferatior denuo se
colligeret, & majore vi locum
illum, quasi jam proprium, obli-
deret, omni Medicorum solertia in
irritum satagente. Multis pòst an-
nis cùm hic ipse Pater in tertia Pro-
batione, uti vocamus, Ebersperg
versaretur, eodem incommodo al-
tis jam radicibus confirmato ita re-
pentè prostratus est, ut, cùm nihil
humana promitterent, aut opis af-
ferent, de vita ipsius conclamatum
videretur. Venit ergo infirmo
in animum, spem naufragam Cælo
appellere, & opportunum auxilium
à domestico Patrono accersere.
Medio subinde noctis silentio, cùm
malum urgeret, in Templi nostri
Odæum collectis utcunque viribus
perreptayit, ibique genibus adni-

xus,

R E
J A

xus, parvulam, quam secum portabat, D. Martyris sagittam pio osculo veneratus è vestigio sensit se meliorem. Cubitum postea rursus concessit & indormivit prætermorem. Manè is fuit à se diversus, quem omnes domestici merito admirarentur ab eo, quem viserant hesternum. Divinâ virtute erat sanus, ac incolmis, talisque permansit toto Novenao, intermisso etiam cucurbitarum usu, & consuetudine. Novem clapsis annis, cum duce obedientia longum iter suscepisset, rarsus deprehensus est à familiari anginæ suæ malo; sed ad salutem rursus fuit è poculo bibisse, cui sacrata D. Sebastiani Sagitta erat immerita. Advertit tam inopina & potens medicina ceteros itineris comites, quos intererat ex sacra quadam ac Religiosa familia Pater quidam præcipuus, qui visâ mirabili virtute, Patri nostro beneficium recuperata in tempore.

362. *Beneficia à D. Sebast. M. collata*
pore sanitatis gratulatus, ab eodem
similem sagittam, cùm plures se-
cum ferret, amicitiæ jure impetra-
vit, fortè in similibus occasionibus
servituram. Elapso biennio dictus
Pater Societatis post tot superata
pericula ardente febri correptus est,
cui etiam paulò pòst accessit angi-
na, præsentiore periculo, quam
unquam aliàs. Confugit rursus
ad suum solenne remediū, totiesq;
probatum. At ecce tibi, quod jure
mirum videri debet, cùm morbus
in dies deterior fieret, ægerque po-
culum ori ad moveret, contigit, ut
eadem sagitta hactenus prorsus il-
læsa & omnibus suis partibus inte-
gra repente in duas partes absiliret,
& hoc suo vulnerè profiteretur,
abundè se hactenus, & fideliter
perfunctam esse medendi officio,
nec opus deinceps fore ullâ ipsius
operâ. Ita fuit. Æger eo potu,
quem hauserat, nunc quoque vix
non revocatus à capulo, supervixit,

nec

R E
J A

ab An. M. DC. XX. ad An. M. DC. XL. 363

nec solenni illo morbo suo , quod
sciatur deinceps tentatus est.

Pestis.

Civis quidam erat Sigenburgen-
sis, Oppidi in Bavaria non ignobi-
lis , qui filium habebat infantem
peste jam affectum, utpote cui tu-
ber venenatum pugni magnitudine
intumuerat. Character hic mor-
tis erat. Pater filium D. Sebastiano
donavit ex toto. paulò pòst rus-
abiit , seu operi suo vacaturus, seu
tristes cogitationes in apricum &
libertatem paulisper educturus. Re-
dux invénit filium sine ullo pestili-
tatis vestigio.

Pestis.

Colonus quidam Oettinganus
post sublatam ex peste Uxorem &
liberos omnino octo, magnam do-
mus appendicem, etiam ipse arde-
bat pestilentibus quatuor carbun-
culis. Venit ipsi in mentem D.
Sebastianus consuetus mali hujus
Æsculapius : ei se dévovit & ser-
vatus est.

An-

364 *Beneficia à D. Sebaſt. M. collata*

Pefſis.

Anno M. DC. XXX, cùm Ci-
quidam Weilhaimensis filiæ ſuæ
peſtilentia afflatæ & idcirco à pro-
prio marito deſertæ inſervire com-
pulſus fuifet, & ipſe quoque de-
functâ filiâ eodem malo laborare
cœpifer, D. Sebaſtiano ſe addixit,
ac convaluit. Agricolarum non
nemo, cujus nomen conſulto rei-
cetur, à Domino ſuo præter faſ &
modum auſterè habitus, & in car-
cerem conjeſtus, ubi D. Sebaſtiano
ſe commendavit, moleſtâ ſimil
vexatione & carcere liberatus
fuit.

Pefſis.

Anno M. DC. XXXI, Paterfa-
milias quidam, totâ domo ſuâ e-
mortuâ, ſolus funeribus ſuperſteſ
ſalutem ſuam tot inter mortes ſer-
vatam D. Sebaſtiano adſcripſit, &
voto edito Eberspergæ ſe exſolvit,

Annus Christi M. DC. XXXII,
prævalentibus per Imperium Sue-
cicis armis Bavariæ perquam lu-
ctuosus fuit, dedito præſertim Mo-
nachio

ab An. M. DC. XX ad An. M. DC. XL. 365

nachio Provinciæ Metropoli. quo
tempore Divo quoque Sebastiano
migrandum fuit; cùm pretiosum
ejus Cranium Serenissima Elisabe-
tha, prima Serenissimi Maximiliani
Electoris Conjux in fidem suam
acceptum Salisburgum secum de-
vexit, ubi, tanquam in Civitate
refugij mansit usque ad mensem
Martium anni sequentis Trigesimi
Tertij, quo Eberspergam relatum,
mox, recrudescente periculo bel-
lico, Serenissimo Duci Alberto
commissum Berchtersgadam trans-
latum est, uti supra diximus. Quo-
niam ergo hoc inquieto tempore
populus terræ & rusticana plebs
metu hinc inde dispersa erat, &
propter arma & absentiam sacri
Lipfani sub tubis & tympanis mi-
nus florebat, nihil quoque hoc an-
no circa collata à Divo beneficia
notatum invenio; nam Marte fu-
rente, præsertim Hæretico, minùs
tuta erat pietas. Anno tamen se-

quente

Translatio
Crani S. Se-
bastiani ab
tutora.

366 Beneficia à D. Sebast. M. collata
quente M. DC. XXXIII. exulante
licet, ut ita dicam, D. Sebastiani ex
tra propriam sedem sacro Crano,
gratiæ quædam per Sanctum impe
tratae leguntur.

Incendium

Matrona quædam Divo voverat
si prædium suum ab hostili flaminæ
quæ in vicinia pléraque devorare
cœperat, illæsum servaretur, tan
tum cœræ oblaturam se ad aram,
quantum incingendæ cereo filo toti
areæ, ac villæ sufficeret. Damnata
voti est, servato intacto prædio, &
toto agro. Similem gratiam nos
ipſi Sancto nostro debemus, quod
exulcerati hostes, uti ſæpius mina
bantur, tectis nostris flamas non
subjecerint.

*Restauratio
Cœrorum.*

Hoc ipso anno memoranda et
singularis pagorum quorundam &
Oppidorum in S. Sebastianum Re
ligio: Nam cum superiore anno
noto furoris Suecici Sacrilegio fe
xaginta circiter majores Cerei vo
tivi de statione sua quæ direpti, quæ
dispergi

ab An. M. DC. XX. ad An. M. DC. XL. 367

dispersi fuissent; homines illi, qui suos viderant desiderari, alios novos de integro vel obtulerunt, vel sponserunt.

Pestis.

Anno M. DC. XXXIV, qui, uti supra vidimus, Ebersperge vix non fuit fatalis, in villa Residentiae nostrae duæ mulieres cum uno puerulo peste jam tactæ ope S. Sebastiani convalluerent.

Nonnemo Rusticorum, cum videret ex plerisque pagi ædibus vel mortuos efferriri, vel infectos decumbere, duas vaccas D. Sebastiano vovit, eoque lytro se & domum suam redemit, ut nihil in eam mors posset.

Mendicus quidam in Rustici horreum cum liberis admissus advertit in filia luculentum tuber extare, humanâ ope undequaque destitutus expassis brachiis in genua projectus D. Sebastiano supplex factus, intra viginti horas filiam prorsus salvam & liberam vidi.

Aa

Sa-

368 *Beneficia à D. Sebāst. M. collata*

Sacerdos quidam infectis serviens & suprema moribundis subsidia administrans, venenum quoque secum domum retulit, quod ubi advertit ad Templum Eberspergense perrexit, digressisque certis, detractâ quæ ad Divi aram ardebat, pensili lampade, oleum ex ea sumpsit, plenūsque firmâ spe pestilens tuber inunxit, quo facto domum reversus nihil residuæ peſtis invénit.

Annus M. DC. XXXV. ipso natali die S. Martyris Sebastiani ingentem supplicantum multitudinem Eberspergæ numeravit, & quod mirum videri poterat, tam eti confertissimi starent Peregrini, nullus tamen compertus est alcum afflāsse. Stabant innoxij omnes, licet deprehensa sint quorundam ulcera in ipso templo rupta fluxisse, & tabem propināsse.

Puella rusticana erat, cuius foro ex peste jam sublata fuerat, qua &

Pestis.

ab An. M. DC. XX. ad An. M. DC. XL: 369

ipsa malum profundè jam hauserat,
jānque pro ipsa à vespillone scrobs
parata erat. Eum ab effuso tumulo
recens venientem conspicata puel-
la, &, quod erat, divinans mo-
nuit, ut hac supremâ & funerali
in se Charitate abstineret, eâ nám-
que firmâ fiduciâ in D. Sebastia-
num sē ferri & acui, ut certò cre-
deret, se ejus ope convalituram, &
hac quidem vice tumulo minimè
opus habituram. Et reverâ non
multò pōst rupto carbunculo, uti
speravit & dixit, convaluit.

Erant plures unà in hypocausto
quopiam, ubi ægra ad mortem fe-
mina decumbebat. Miscebatur in-
ter alia sermo de facto pagi illius
communi voto ad S. Sebastianum,
Eberspergæ exsolvendo eâ adjectâ
conditione, ut omnes omnino Sa-
cro in Divi ara legendo interessent,
quibus per morbum & negotia li-
ceret. Audiens hæc mulier lethæ-
liter ægra collecto spiritu, & omni-

Peffri

Aa 2 bus

370 Beneficia à D. Sebast. M. collata

bus viribus in hæc verba connixa
est: hem, inquiebat, differatur
aliquantis per, si fieri possit, editi voti
executio, ut & mihi interesse lice-
at; libenter, ut puto, D. Sebastianus
nus expectabit: nam & meâ plu-
rimùm refert, ut à communitate
non excludar. Dicta probavit even-
tus: convaluit ægra, nemoq; post
hac ex illo pago peste decessit.

Annus M. DC. XXXVI. æque
multos habet per D. Sebastianum
pestilitati vel creptos, vel præser-
vatos, atque anni priores, nomi-
natim totum Oppidum Griespa-
cense, de quo supra in capite Be-
nefactorum.

Pestis. Duo Rustici ex valle Pinziana,
cum Pestis ibi quoque glisceret, pe-
regrinationem eò instituendam vo-
verunt, ubi celebris ille Patronus,
quem ex sola fama, non item ex
nomine nôrant, coleretur. Au-
diti sunt pro sua in Divum confi-
dentia: servati ipsi, & ædes & fa-
miliz

miliæ ipsorum fuere. Inter hæc
diligenti inquisitione habitâ & San-
ctus & Ebersperga ipsis innotuit,
quò cum pergerent religionis cau-
sâ, in via se tertius comes ipsis as-
sociavit, piè expostulans, quòd tam
salutare consilium sibi quoque non
communicâssent, cuius reticentiâ
& defectu unus & alter de suis de-
cessisset.

Quod subjungo, factum singu-
lare est, & dignum, quod multo-
rum animis salubriter insideat ad
horrorem usque, ijs præsertim, qui
fœda imprecandi & maledicendi
consuetudine tenentur. Mater
erat, utcunque anicula, quæ viæ
comitem secum ducebat octen-
nem filiam. Præibat aliquanto spa-
tio mater, utpote gressu robustior:
tardiùs sequebatur impar filia. Im-
patientiâ victa mulier, quâ erat
malâ consuetudine, ocyus filiam
dæmoni devovit hisce sonantibus
verbis: Rapiat te Diabolus, male-

*Mala ini:
precatio.*

A a 3 dicta!

dicta! Adfuit momento Genius,
licet matri non aspectabilis, & si-
liolam manu apprehensam per in-
tegrum agri jugerum longo satis in-
tervallo abripuit, ut matri volare
videretur. Suspicata parens, quod
erat, illam à dæmone avehi, mox
inconsulti dicti pænitens votum ad
D Sebastianum concipit, simulque
filiam suam insequitur; quam ge-
lido sudore perfusam, & vix non
terrore exanimem reperit. Ea
simul ac ex confernatione sibi redi-
ta fari potuit, quid sibi contigil-
set, aperte narravit: adfuisse sci-
licet ad diram imprecationem mi-
nimè cunctabundum Cacodæmo-
nem, apprehensamque manu ab-
straxisse expressis hisce verbis: Veni
mea, melius tibi erit mecum apud
inferos, quam in terris. Necdum
historiæ finis. cum mater post
modum in dies exequi votum dif-
feret, rediit post aliquot hebdo-
madas dæmon, & alto vectus Pe-

gallo

R II
I a

gaso ante fores constitit. Nōvit statim puella antiquum suum ve-
torem, præsertim cùm eam iden-
tidem allocutus paratum conscen-
dere equum juberet repetito eo-
dem dicto: mea, ô mea adhuc es
filia, mea es, à matre mihi donata;
veni, veni. Territa iterum átque
iterum horribili spectro puella in
hoc articulo & præsenti pavore rur-
sus matrem inclamavit, & per quic-
quid potuit, rogitare cœpit, ne se
perditum, aut desertum iret. Id
quod mater solerter cavit, exsoluto
actutum voto, cuius executione in-
nocentem sobolem ab omni dæ-
monis infestatione liberavit, Sa-
tanā nunquam deinceps compa-
rare auso.

Annum M. DC. XXXVII. me-
morabilem fecere tum supplican-
tium numerus, tum etiam Perso-
narum dignitas: nam præter octo-
ginta pagos & Oppida & multa ho-
minum millia, octo partim Serenis.

Aa 4 simi

Principum
quorundam
religio erga
D. Sebastianum.

374 Beneficia à D. Sebast. M. collata
simi Duces, partim Illustrissimi Prin-
cipes D. Sebastianum Eberspergæ
coram venerati sunt, quos inter Se-
renissimus Elector Coloniensis, Se-
renissimus Lotharingiæ Dux cum
Serenissima Conjuge, Illustrissimus
& Excellentissimus Legatus Regis
Hispaniarum, &c. Respondit vi-
cissim D. Sebastianus votis suorum
supplicum: testantur siquidem tibi-
bulæ nostræ, numerum propè ex-
cedere beneficia hujus anni pesti-
feris collata, aut alijs morbis labo-
rantibus.

*Morbus le-
thalis.*

Pestis.

Puella quadrimula ab omnibus
jam conclamata, & vix non mor-
tua post emissum à parentibus vo-
tum multis passuum millibus huc,
ut putabatur, ad Sepulcrum depor-
tata à D. Sebastiano novam quo-
dammodo vitam recepit.

Ostennis puella nescio quo ex-
lesti instinctu crudita à parentibus
facultatem petiit edendi ad D. Se-
bastianum voti pro domestica fa-
milia.

milia. edidit tunc, quantum intellexit bona animula, & gratum habuit innocens obsequium Sanctus, familiâ à peste servatâ immuni.

Anno Domini M. DC. XXXVIII.
D. Joannes Castner Mercator Monacensis argenteam S. Sebastiani Statuam ex voto obtulit, quod ope Sancti fatalem tot mortalibus pitem evasisset.

Anno M. DC. XXXIX. contigit, *Amisi inventio.*
ut unus Juniorum Bavariæ Ducum ex filiis Serenissimi Alberti Ducis Bavariæ procul à venatoribus dgressus solo Præfecto morum comitante in densissima & intricatissima silva longissimè aberraret, habereturque vix non pro perduto. Voto ad D. Sebastianum nuncupato à venatoribus uterq; studiosè quæsitus, post multas ambages feliciter demum inventus & in viam reductus est.

§. IV.

S. IV.

BENEFICIA A S. SEBASTIANO COLLATA AB ANNO
M. DC. XL. USQUE AD ANNUM
M. DC. LX.

Lues pecorum
virus.

Inter vicinas Alpes hoc Anno
M. DC. XL. gravis pecorum
lues coorta erat. cum cetera non
prodeſſent, accurſum eſt ad com-
munem beneficiorum fontem S.
Martyrem noſtrum Sebaſtianum.
Acceptæ ejus benedictæ Sagittæ &
potui pecorino injectæ omnem ab-
armentis peste ſalutari haſtu
profligârunt.

Vox dilatio-
ne unita.

Anno M. DC. XLI. Molitor qui-
dam Statuam ceream non inle-
gantem octoginta ſex librarum, al-
titudine ſex pedum in ſuam effigi-
em & imaginem eſformari cura-
verat, quam ante quinquennium
peſte afflatus D. Sebaſtiano vove-
rat, ſed eò uſq; votum exequi ne-

gle.

glexerat. Et fortè neglexisset diu-
tiū, nisi monitore novo morbo
accensā febri, denuò fuisset velli-
catus, & ab ipsomet D. Sebastiano
ceu aspectabili in somnis, ob suam,
uti referebat, socordiam castiga-
tus.

Non absimile priori contigit Pa-
tri cuidam de Societate IESU. Erat
is ante Sexennium peste quoq; af-
flatus. evasit tunc quidem pericu-
lum, ubi cum bona Superiorum ve-
nia peregrinationem Eberspergam
vovit. Sed vel oblivione, vel ne-
scio qua alia ex causa factum est, ut
peregrinatio illa executioni man-
daretur nunquam. Placuit Divo,
monere suaviter, & cunctatori Pa-
tri memoriam accepti beneficij re-
fricare in illo ipso brachio, in quo
nuper signaculum pestis impressum
federat: tantis siquidem doloribus
partem illam, ac reliqtam ex mor-
bo cicatricem vir bonus occupari
sensit, ut infernalibus propè flam-
mis

378. Beneficia à S. Sebāst. M. collata
mis ustulari sibi videretur. Subij
hac monitione sepulta voti memo
ria, quod ubi renovavit, & paulo
pōst promissum exsolvit, dolor o
mnis nullā aliā adhibitā medicinā
evanuit.

*Zues pecc
rum.*

R II
I

*Despera
tionis Consi
lium.*

Hoc Anno M. DC. XLII. nihil
aliud admodūm notabile in tabu
las relatum est, quām quōd inte
grī ovium greges venenatam, quā
serpebat, luem evaserint, non alio
adhibito medicamine, quām quod
aquam biberint immersis D. Seba
stiani Sagittis consecratam. quo
quidem in genere beneficis San
ctus noster non tantūm hominum
Medicum, sed & ignobilium pe
corum se probavit multoties.

Anno M. DC. XLIII. quidam de
rusticana plebe nescio quibus ma
nibus & occultā vī instigabatur, ut
desperationis laqueo fauces sibi
præfocaret. Jāmque occasione im
minebat, & collum resti induerat.
Sed mora aliqua divinitūs injecta
erat

erat, ne se laqueo conficere posset, quod tamen avebat. Ergo vitæ satur & deliberatâ morte audentior ad putum altum accurrit, ut eo spiritum mergeret. Verum lucido rursus intervallo in turbida mente orto à tætro facinore nunc quoque absterritus est. Subinde ad D. Virginem conversus miser eam candidè obtestari cœpit, dignaretur sibi lumen de cœlo accendere, ad cuius radios cernere posset, quid sibi tandem agendum foret, quod à supina tristitia, & desperatione animi tandem exire posset. Illicò in mentem venit, Eberspergam concederet, ibique apud peritum animorum Medicum peccatorum sarcinam poneret, tum D. Sebastiano certas preces funderet, certissimò tali ratione optatâ tranquillitate & pace animi potiturum. quod & factum.

Annis tribus sequentibus
M. DC. XLIV. M. DC. XLV. &
XLVI.

380 Beneficia à S. Sebaſt. M. collata
XLVI. pauca literis mandata repe-
rio , sive clientes , qui beneficia
accepere, nomina sua non dederint,
nec favores Sancti indicaverint,
sive manus Notarij eas gratias à
prioribus annis non absimiles dis-
mulaverit. Miraculorum Syllabus
abundè supplet , meo quidem ju-
dicio , cœpta hoc anno hīc loci S.
Sebastiani Congregatio, de qua su-
prā fusiùs actum est.

Ceterū erat hoc tempore vini
benedicti & per sacrūm Cranium
transfusi usus longè frequentissi-
mus, ita, ut in Austriam usque ad
preces piorum transmissum fue-
rit.

Vir quidam honestus non uno
dolorum irritamento exercitus &
pluribus morbis laborans identi-
dem in somno moneri sibi visus
est, ut si restitui sanitati percep-
ret, nomen erectæ recens Congre-
gationi sub Titulo & vexillo S. Se-
bastiani daret. paruit, & sanitatem

in

ab An. M.DC.XL. ad An. M.DC.LX. 384

in præmium salutaris & pij operis
tulit.

Anno Christi M. DC. XLVI,
cum rursus ab utroque propinquo
hostili exercitu metus & vastitas
imminerent, D. Sebastiano iterum
migratio indicta est. Sacrum nám-
que ejus **Cranium** per deputatum
à Superioribus Patrem de Societa-
te, denuo ad tutiora Salzburgum
translatum, & uti erat fido sigillo
munitum in Ecclesia S. Petri depo-
situm est, ubi permanxit usque ad
Autumnum Anni Millesimi Sex-
centesimi Quadragesimi Octavi.
quo tempore Eberspergam rela-
tum magno populi plausu & ho-
noris significatione exceptum in
antiquo Sacrario repositum fuit.
Ceterū minimè silendū videtur,
quod eodem Anno M.DC.XLVI.
ante translationem sacri Thesauri
contigit. Suspiciabantur aliqui ex
signis verisimilibus inter alias Ec-
clesiarum gazas etiam D. Sebastiani

Cra-

*Translatio
iterata S.
Cranij Salis-
burgum ad
tutiora.*

*Religio mira
erga sacrum
Cranium.*

382 Beneficia à S. Sebāst. M. collata

Cranium ad tutiora avehendum,
quare magnis precibus instituerunt, ut ante convasationem illud
adhuc semel exosculari, & Sacrum
ex eo vinum libare haud gravare
liceret, seu in solatium valetudinis
adversus gliscentes morbos, seu in
supremam valedictionem, cum
forte eum thesaurum ultimum vi-
suri essent. Et quod mirere, re-
pertus etiam est nonnemo, qui ad
currum, quo sacra compactæ Re-
liquiæ vehebantur, eo in loco, ubi
per noctem substiterat, toto illo
tempore, accenso ad reverentiam
Cereo, preces continuò funderet
somni immemor. Quod Ianè ma-
gnum Religionis argumentum
pluribus habitum est.

Anno M. DC. XLVII. D. Seba-
stianus solicite invocatus singularia-
ter benignus fuisse perhibetur in
restituendis prolibus, quæ fervente
bellico turbine, vel à militibus ab-
stractæ, vel metu dispersæ, veltut

*Inventio
perditorum.*

ab An. M. DC. XL. ad An. M. DC. LX. 38;

oves veniente lupo in diversa actæ,
pro perditis habebantur, quarum
pleræque magno parentum solatio
ad propria redière, non alio viæ
ductore, quam D. Sebastiano, cui
à domesticis fuerant commen-
datae.

Anno porrò M. DC. XLVIII. ut
paulò antè dictum est, cum reve-
cto Sancti Cranio rediit & spes mi-
serorum, præsertim cùm passim eti-
am hac in vicinia repullularent
haud obscura semina pestilentia
per intervalla nonnihil antehac so-
pitæ. Primi honorem Divo sospি-
tatori habuerunt, atq; etiam opem
senserunt Wasserburgenses, qui,
cùm per eam Urbem revereretur
sacrum Lipsanum, veluti Arcam
fœderis adversus luem certissi-
mam, exceperunt, & in Templo
Parochiali maximo numero vinum
ex eo tanquam antidotum hause-
runt.

*VVafferbur-
gensium Re-
ligio erga
sacrum Gra-
nium.*

Bb

Ipse-

Ipſemēt Serenissimus Elector Maximilianus cùm Salisburgo redi-
dux hāc transiret, abundē quoque declaravit, quantum ſibi D. Sebaſtiani
beneficia in varijs expediti-
nibus exhibita cordi eſſent. Porrò Serenissimus Dux Albertus ab in-
genio etiam Stratagema Pietatis
mutuatus eſt, ut præſentem ſemper
D. Sebaſtiani opem ſecum, quo-
cunque pergeret, ipſe deveheret:
Cùm enim Vinum ſacri Cranij at-
tactu conſecratum absq; vitio aco-
ris diutiū conſervari non poſſet,
voluit ipſe, jussitque, ut ſindon
mundissima telæ ſubtilioris ſacro
liquori intincta exſiccaretur, quæ
deinceps, quoties imperaret Prin-
ceps potui rufus injecta virtutem
primitū ex ſacro Cranio imbibitam
alteri haustui conſumaret & ad-
versus peftem valeret. quod ſanè
Optimus ac Religiosissimus Prin-
ceps ſe multoties expertum teſti-
monio omni exceptione majore
aſſeveravit.

Ma-

*Testimonium
Sereniss.
Elect. Ma-
ximiliane de
beneficiis à
S. Beneficio
acceptis.*

*Religio
Serenissimi
Duci Al-
berti ejusq;
de S. Seba-
ſtiani bene-
ficiis teſti-
monium.*

R II

J^a

ab An. M. DC. XL. ad An. M. DC. L. X. 385

Matrona quædam grandi pesti-
lenti carbunculo & tubere confa-
grans, & metu periculi à domesticis
omnibus deserta mortem in horas
operiebatur, imò etiam gemitu &
votis accersebat. Nihilominus al-
tiore útique instinctu animata, ut
nihil non pro salute sua ageret ac-
tentaret, vice quapam D. Seba-
stiani Sagittulam quæ fortè ad ma-
nus erat, cum spe venenato ulceri
applicuit & factâ crucis figurâ, ceu
impresso Sigillo, pestilentem car-
bonem signavit. Mirum dictu! ad
primum sacri spiculi contactum
detumescere ulcus, calor minui,
reflorescere sanitas, redire vires
minimo intervallo visæ sunt.

*Ulcus pesti-
ferum.*

Anno M. DC. XLIX. frequens
fuit eorum numerus, qui se ope S.
Sebastiani vel à peste servatos, vel,
cùm actu cù laborarent, tempestivè
liberatos asseruerunt. Omnia
Nomina adscribere propositi nostri
non est,

Bb 2

Se-

386 Beneficia à S. Sebæt. M. collata

Sequitur Annus M. DC. L. ordine Jubileus, Eberspergæ verò ab insolita quò ad numerum Religione confluentium Peregrinorum in primis memorabilis: hoc quippe anno à varijs Urbibus, pagis, & Oppidis Nonaginta tres supplicationes Eberspergam pulchro ordine duxæ sunt, agmine semper conseruissimo.

Inter alias eluxit Urbs Frisianensis, quam longâ procedentium serie duxit ipsemet Reverendissimus & Celsissimus Episcopus Vitus Adamus, ritûque Pontificio rem divinam fecit in gratiarum actionem, quòd non modò aula ipsius, verùm etiam Urbs D. Sebastiano favente ab omni Peste sincera conservata fuisset.

Hoc eodem Anno Serenissimus Dux Albertus voluit, ut totus suus Comitatus Hagensis D. Sebastiano supplicaret, quod & præstítit tota ditio piè ac Religiosè oblato prægrandi

*Episcopi Friesigenfis,
ejusdemq.
Urbis in Di-
vum Reli-
gio.*

*Hagensum
Religio.*

grandi cereo pondere centum triginta librarum. Quod ipsum argenteâ etiam Statuâ testati sunt Vilsbiburgenses, de quibus suo loco inter Benefactores dictum est.

Jacobus Knablschmid Grainburgensis prolem suam peste jam infectam intuitus & hanc quidem yoto edito recuperavit, & reliquam familiam labis puram conservavit.

Fuit aliis trans Juvavum fluvi-
um (hodie Salsam, seu Salzam ap-
pellant) qui, cùm in medio dua-
tum ædium constitutus, unam qui-
dem penitus exhaustam & orbam
videret, alteram verò ex copiosa
familia ad tria capita redactam in-
tueretur, periculo & ipse proximus
D. Sebastiano votum fecit, si cum
suis evaderet, evasit, & Divo bo-
vem ad aram immolavit.

Vir primarius duarum Urbium
Præfectus olim Hæresi addictus,
postea ex ea conversus in simili pe-

B b 3 ricu-

Pestis.

Pestis.

Pestis.

388 *Beneficia à S. Sebāst. M. collata*
riculo S. Sebastiano, cuius fama ad
ipsum pervenerat, peregrinatio-
nem vovit. Voti damnatus sensit
non modò domesticos, verùm eui-
am subditos suos intactos perfti-
tisse, viciniā, qua latè patebat, vi-
tiata.

Ancilla quæpiam undecim infe-
ctis inferviebat, quos omnes pestis
abripuit. ipsa sola sub scuto S. Se-
bastiani mansit incolumis.

Sequentibus tribus annis Mil-
lēsimō Sexcentesimō Quinquagesimo
primo, secundo & tertio eadem
ferè beneficia tabulis nostris illata
sunt; multi siquidem Eberspergam
delati sancte affirmârunt, se, gra-
fante ante trienniū peste voto ad
D. Sebastianū nuncupato inter ca-
dentia à dextris & à sinistris fune-
ra intactos perstitisse, quasi com-
mune malum nihil ad se perti-
neret.

Anno M. DC LIV. Civis qui-
dam Monacensis digito manus su-
-bollit. da

Pestis.

Viciniā.

pra

pra modum intumescente gravissi-
mis cruciabatur doloribus. Jám-
que periculū illius præcidendi in-
stabat, judicantibus Chirurgis, sa-
tiùs fore, digitum dare, quām ma-
num, aut vitam amittere. Sævum
hoc medium visum, & ægro per-
quām durum, & ideò non acceptan-
dum. Ad Divum ergo Sebastia-
num versus, sanitatem sperare au-
sus est, gnarus, benevolum San-
ctum non modò digitum, verùm
etiam totam manum, si ita opus
est, porrigere consuēsse. Nec suā
spe frustratus est. Recepit æger
digitum à medicis jam condemna-
tum, sanum & integrum. Eber-
spergam ad volavit, gratias egit.

Veldkirchensis agricola totâ fa-
miliâ peste extinctâ supererat solus
& unicus & ipse jam afflatus, fu-
nus spirans inter funera. Ubi pri-
mùm S. Sebastiano edito voto se
commendavit, fuit quasi inter mor-
tuos liber.

Teftū.

Bb 4 An-

Puerperium

Anno M. DC. LV. D. Sebastia-
nus Patronum se exhibuit puerpe-
ræ. Erat, quæ jam à semestri ute-
ro & proli malè ominabatur ex si-
gnis minimè vanis. Accedebat ob-
stetricum opinio, quæ fœtum vel
transversum, vel aliunde implica-
tum suspicabantur. Fatali adven-
tante horâ pariens se & prolem su-
am D. Sebastiano impensè comen-
davit. Et ecce! ope Divi anxia
mater, quam desperaverat vitam
felici enixu binæ proli dedit, osten-
ditque re ipsâ Divus, ut de pluri-
bus bene mereri possit, se beneficia
sua etiam geminare didicisse.

Pestis.

Anno M. DC. LVI. quidam ge-
nere Nobilis cùm S. Sebastiano
Missam & majorem Cereum vo-
visset, intactus à maligna peste ser-
vatus est cùm tota familia, licet in
 pago, ubi residebat, amplius quin-
quaginta fuissent extinti, & pagus
ipse esset proscriptus. Incolæ famâ
hujus prodigijs exciti Sacellum in

ho-

ab An. M. DC. XL. ad An. M. DC. LX. 391

honorem S. Sebastiani erendum
vovent. Ubi ergo descriptâ areâ
lapides in certum locum pro susci-
pienda fabrica congesti sunt, mox
pestis, quasi accepto imperio desit,
quæ antea multum sèvierat.

Musicus quidam Electoralis D.
Sebastiano quædam vovit, eum sibi
finem præfigens, ut amici Romæ à
peste, quæ hoc anno Italiam mul-
tum populabatur, intacti persiste-
rent, quod & factum,

Anno M. DC. LVII, honesta ma-
trona equo forte vœta & à calci-
trone excussa D. Sebastianum in-
vocavit. Nihil ex sinistro lapsu
passa, libens D. Sebastiano libera-
tionem à præsenti periculo adscri-
psit.

Quispiam ex præcipuis ab Alpi-
bus usque Tirolensis Ebersper-
gam accurrit, ut gratum se so-
spitatori suo sisteret, ob superatam
præter expectationem malignam
febrim, in qua à Medicis prorsus
fuerat depositus,

An-

Pestis.

Lapsus ex
equo.

Febris.

392 Beneficia à D. Sebāst. M. collata

Anno M. DC. LVIII. & M. DC. LIX. similia ferè notata exhibet Beneficiorum liber. Ceteris præteritis, unum saltem adducere placet.

Mania.

R II

1^a

Anna Vonkolin mortuâ quinqueanni filiolâ unicè amatâ, plurimum cā morte, qui est ferè matrum genius, affligebatur, ut periculum esset, ne mente moveretur. Sed edito pro ipsa ad D. Sebastianum voto animum recepit, & consum illum multò jam æquiore sensu tulit.

§. V.

BENEFICIA A D. SEBASTIANO COLLATA AB ANNO CHRISTI M. DC. LX. USQUE AD ANNUM M. DC. LXXXVII.

PAUCA ē pluribus feligo. Anno M. DC. LX. mulier fuit bona mentis, quæ se bidui itinere hoc ferebat, eam præcisè ob causam, ut D. Sebastiani Sagittam sibi com-

ab An. M. DC. LX. ad An. LXXXVII. 393

pararet, nam eam, quam habebat, amiserat, quâ (uti ipsa asseverabat, etiam rem juramento testari parata) potui imixtâ tot annis pleuritidem aliósque morbos tam in se, quam alijs feliciter sanare consuēset.

Georgius Anzinger Tegernba- *Cephalalgia*
censis horrendis capitis doloribus,
qui altâ stabant radice, & à tem-
pore incrementum sumpserant, ad
insaniam usque adigebatur. voto
ad D. Sebastianum factō, tota ca-
pitis tempestas serenata est, velut si
ventus nubes dispellit.

Anno M. DC. LXI. Joannes
Schmidmair Ardingensis, setigero
pecore suo jam medium partem
imminuto, contagionis illius Me-
dicum D. Sebastianum confiden-
ter imploravit, nec ultra progresſa
est lues.

Joannes Georgius Staudinger
cūm Scribam ageret, & jussu Ma-
gistratus periculosis illis tempori-
bus

*Lues peco-
rum.*

Pestis,

394 Beneficia à D. Sebāst. M. collata
bus codicillos, & inventaria, ut vo-
cant, etiam in domibus infectis,
prostantibus inhumatis cadaveri-
bus peste extinctis, conficeret, ni-
hil tamen morbi unquam attraxit,
aut contubernio imbabit, quia voto
ad D. Sebastianum edito periculi
prudens se præmunierat.

*Morbus Le-
thalis.*

An. M. DC LXII, & M. DC LXIII
perrexit sanctus Patronus noster
solegne suum tenere, & Medicum
se ostendere. Bini ab omnibus pro
desperatis habitu & æternitati jam
accincti, implorato D. Sebastiano,
cum admiratione omnium conva-
luerunt.

Mania.

Studiosus Academicus studiorum
curriculum emensus sive conten-
tione literarum, sive dolore capi-
tis, sive alia de causa vitium in ce-
rebro patiebatur. Ubi verò pa-
rens ipsius Civis Ardingensis eum
D. Sebastiano devovit, sanum il-
lum, suique compotem recepit.

end

Anno

Anno M.DG.LXV. Anna Kögl
lin Eberspergā venit voti rea, &
hoc, quod subjungo, testata est.
Frater ipsius Georgius Kögl à ster-
nace equo illis calcib⁹ miserrimè
vapulaverat, adeò, ut peritis vide-
retur, nullis deinceps perficiundis
laboribus futurus idoneus. Ubi
verò soror ipsum D. Sebastianò ob-
strinxit, paulò pòst integrè, etiam
ex ruptura sibi restitutus est.

Lapsus &
periculue
ab equo.

Æger quidam jam æternitatem
prospiciebat, utpote in agone con-
stitutus, ope tamen D. Sebastiani
ex ipsa, ut ita dicam, morte iter
relègit, séque Divo gratum stitit.

Morbis Le-
thalis.

Anno M.DC.LXVI. D. Geor-
gius Brunner Præfectus in Starz-
hausen & Birnbach in gravi dysen-
teria D. Sebastianò tabulam vovit,
& malo liberatus est.

Dysenteria

Joannes Peter Dorffensis Parœ-
cix ob insanissimam amentiam ipsis
decem hebdomadibus catenis il-
ligatus servabatur, at verò voto pro
ipso

Mania.

396 *Beneficia à D. Sebastian. collata*
ipso ad D. Sebastianum facto su-
bitò obortâ luce cum admiratione
omnium ad se rediit.

*Ægram
pecus.*

Alia ad invocationem Sancti
ægram vaccam lanam recepit, &
in gratiarum actionem ex restitura
matre vitulum eidem ad aras ob-
tulit.

Desperatio.

Anno M. DC. LXVII. quidam
jam apud se decreverat, violentas
sibi manus inferre, & certam sibi
necem conciscere. Verùm, cùm
se ante feralē opus D. Sebastiano
commendāisset, aliàm subitò men-
tem induit, intúsque clarè se mo-
neri sensit, ut Eberspergæ animum
expiaret; sic enim desitaram tem-
pestatem patuit interno monitori,
& omnes priores turbæ, quibus
agebatur in interitum, conque-
verunt.

*Fluxus san-
guinis.*

Elisabetha Riederin cum muliere
illa Evangelica fluxu sanguinis la-
borabat; verum illum fontem si-
cavit invocatus Sebastianus.

Anno

Anno M. DC. LXVIII. D. Sebastianus in tempore adfuit Nobilissimo Parthenoni Edelstettensi in Suevia, cuius Reverendissima Antistita votum ediderat ob pecus contagiosâ lue infestatum. Abatia est feliciter pestilitas. in cuius rei fidem eadem Reverendissima pretiosam Albam Sacerdotalem, ut vocant, ex subtilissima tela magnis & conspicuis segmentis byssinis fimbriatam dono submisit.

Lues pecuniose.

Joannes Braunber Miesbergensis à S. Sebastiano liberos suos venenatis pustulis laborantes salvos omnés ex illis maculis recepit.

Venenatae pustule.

Anno M. DC. LXIX. Communitas Hilginensis D. Sebastiano votit legendum Annuum Sacrum Eberspergæ, pro avertenda ab agro suo grandine, quâ sata ipsorum crebrò antè petebantur. Ab eo tempore pepercit ipsis lapideum Calum.

Grandio.

Jo-

Ulcus.

Joanni Müller Electorali tabelario filiolus erat, Josephus parvulus, cuius collum prægrande ulcus occupaverat, in quo curando frusta Medici & Chirurgi operam suam consumperaunt. Voto ad Divum à parentibus facto convalescit Josephus, & Eberspergam ad spitatem suum adductus est.

Clanda.

Anno M. DC. LXX. Mulier quædam cum gravissimis pedum doloribus conflictata, ipsoq; gressu capta, cum aliquando præter momen placidius indormisset, visa est sibi in templo S. Sebastiani recta consistere, ibique inambulare. Ea imagine se monitam credidit, ut votum ederet: edidit. Et ecce! vaticinium de somno factum est. Constitit pedibus mulier: ambulavit; Eberspergam adjit: gratias egit.

Lapsus ex curru.

In ipsa Pentecoste cum quatuor personæ carpento vestre ad S. Sebastianum peregrinatum ducentur,

tur,

ab An. M. DC. LX. ad An LXXXVII. 399

tur, octennis puella properante aurigâ ex curru decidit, posterioribus rotis toto corpore mox subiecta. Et re ipsâ incedebat per ipsum currus. fortè autem, quod primum erat, incunbente pondere miserè quoque obtrita fuisset, nisi & obsequio peregrinationis, & invocatione sub ipsum casum factâ Sebastianus innocentulam servâset.

An. M. DC. LXXII. M. DC. LXXIII
& M. DC. LXXIV. eadem ferè, quæ supra, recurrunt. Unum & alterum memoriâ dignius esse videtur. Andreas Spizhuet, Tegernaviensis in villa Ebersbergensi verna & auriga ponè currum bene onustum fallente vestigio concidit, & à rotis per medium corpus toto pondere transeuntibus miserè habitus obtritusque fuit. At ubi votivam tabulam rei totius indicem ad D. Sebastianum animo concepit, patrocinio illius fretus propediem sibi

*Periculum
Obtritionis.*

Cc resti-

400 Beneficia à D. Sebest. M. collata
restitutus est, nullo quassato mem-
bro. penderet etiamnum tabella ad
Divi aram, magni beneficij testis,
& penicillo suo loquitur acceptam
opem.

*Periculum
Mesis.*

R II
J a

Anno M DC. LXXV. rursus Pa-
tronum suum beneficum sensit
Ebersperga ob Cæli inclem tam
& continuas pluvias, quibus in lon-
gum durantibus periclitabatur se-
ges. Exposito autem propterea in
ara ejus sacro Crânio & institutis
pietatis officiis, continuò melior
facies & color Eberspergensi Cœlo
rediit, atque etiam aëris hilaritas
perduravit. Idem de agro suo te-
status est Joannes Brexel, qui in
honorem Divi Sacrum legi cura-
vit, quod̄ deploratos propè terræ
fructus opinione suâ abundantius
in horrea intulerit.

*Periculum
ab acicula.*

Anno M. DC. LXXVI. Anna
Mairin Grienseibelstorffensis per
incuriam aciculam deglutijt. Hæc
ille hamus per integrum mensem
per-

*m.
ad
tis,
am

Pa-
nsi-
am
on-
se-
ain
utis
ior
elo
tas
te-
in
ra-
rræ
ius
per
esic
em
er-*
ab An. M. DC. LX. ad An. LXXXVII. 401

pertinaciter in exulcerato gutture,
maximo respirantis incommodo,
nec minore dolore. Ubi primū
tabulam D. Sebastiano vovit, exiit
nullo alio instrumento adhibito,
latens aculeus. Mulier beneficij me-
mor pictam tabulam Eberspergam
tulit, unā & aciculā ē filo pendulam
nuper gutturi tenacissimē infixam.

Anno M. DC. LXXVII. Præno-
bilis D. Wilhelmus à Spilberg in
geminis gravibus corporis pericu-
lis promisso Sacro & votivā tabulā,
quam postea ad aram Divi suspen-
di curavit, auxilio S. Sebastiani be-
nevolē & opportunē se liberatum,
servatūmque testatus est,

Melchior Böttinger jam tres
equorum pullos, seu hinnulos con-
tagiosā lue extinctos amiserat. Lan-
guebat eodem malo etiam quartus.
vovit tabulam D. Sebastiano vir
bonus. Stetit lues, & quartus ex
tabe refloruit.

*Grave peri-
culum.*

*Lues equi-
rum.*

Cc z Virgo

*Periculum à
Lenone.*

Virgo rusticana erat pudoris sui,
& corollæ apprimè amans. Hac
ab armato equite ad flagitium non
tam postulabatur, quām urgebatur,
amore & metu, blanditiis & osten-
tatâ vī. Nihil opis erat ab homi-
nibus in loco remoto, quare con-
fūgit ad superos, & D. Sebastiano
Laurum ac Liliū suum unicè com-
mendavit Christiana Daphne. Ser-
vata mirabiliter à turpi lenone vi-
tam & castimoniam D. Sebastiano
in acceptis retulit.

Anno M. DC. LXXVIII, Ursula
Meserin Obervichingana ex tam
gravi periculo ac discriminē, ut
præ imanib[us] doloribus mors eti-
am optabilis videretur, erepta fuit,
cujus rei testem votivam tabulan
appendit.

Gaspar Hirl Mosensis Monachio
rediens currum frumento onustum
devexit, cui, fallente vestigio, toto
corpore subjectus illicò subducere
se non poterat. Binæ propterea
post-

*Gravis in-
firmitas.*

*Periculum
obtritionis.*

postiores rotæ sinistrum ipsius pedem ex occasione deprehensum miserè confregerunt. voto facto, gaudet vir bonus mitiùs se habitum, & sub felici Chirurgo ossa sine fœdiore corporis, aut pedis vitio coaluisse. id quod singulari appensâ tabulâ postmodùm testatus est.

Similem tabulam appendit miraculi testem Maria Kamerlorin, quâ se ex ipsis mortis faucibus erceptam profitetur: laborabat enim, lethali carcinomate, quod omni humanâ ope superiùs videbatur.

Carcinoma.

Casparus Schirfl ob mortem matris ex nimia tristitia in maniam incidit, ope tamen S. Sebastiani, cui se in lucido morbi intervallo, quod ei Deus submisit, impensè commendaverat, propediem restitutus, pristinum, rectumque usum rationis recepit. quod tabulâ votivâ appensâ palam fecit.

Maria.

Cc 3 Ju-

Juvenis rusticanus infelix paterni currus regendi Auriga sub onusto carpento procubuerat, jámque crus infelici casu fregerat: mortem tamen certissimam evasit, ubi Confessionem à tota vita & pictam tabellam in anathéma D. Sebastiano ad aram vovit. Alius quoque hoc ipso Anno furentes equos & salinariā quadrigā, rupto temone, jam non tenere poterat. Ibant propterea omnia præter legem sursum deorsum. In auxilium vocatus D. Sebastianus fatalem casum vel stitit, vel avertit.

Conjux quædam gemebat sub marito lurcone, qui non tantum omnia abliguriebat, verùm etiam crudelitate & sævitiâ propè non latronem se præstabat: erat enim leo evertens domesticos suos. Cùm in hominibus spes nulla esset, aut timida, quæsivit abud superos remedium misera. Et ecce! paulò pòst maritus defunctus est. Sed mox

*Equi furiosi,
& ab ijs ob-
tritionis pe-
niciulum.*

*Sævus ma-
ritus.*

ab An. M. DC. LX. ad An. LXXXVII. 405

mox successit Uxori febris admōdūm torrida, quam ipsa tot casib⁹ jactata etiam D. Sebastiani implo-
ratā ope feliciter dispulit.

Anno M. DC. LXXIX. Pistor
Eberspergensis Cholicis doloribus
trium septimanarum spatio ad mor-
tem usque torquebatur. promissā
ad D. Sebastianum certā pecuniolā
respiravit, & salutaria medica-
menta, antehac imbecilla, velut
acceptā facultate, officium suum
fecere.

Persona quæpiam, post nescio
quod scelus perpetratum, despera-
tissimis animi furijs agebatur in
præceps, ipso etiam aspectabili dæ-
mone ad violentam mortem invi-
tante, & ultrò occasionem offe-
rente. Ubi verò D. Sebastianum
adjutorem compellavit, mente jam
multùm æquior animi sordes po-
suit, pacemque deinceps habuit.

Xantippe quæpiam, quæ multis
años parricidali tentatione mirum
*Gravis Ten-
tatio.*

Cc 4 quan-

Cholicea.

406 Beneficia à D. Sebast M. collata

quantum invalefcente, agitabatur;
ut proprium maritū ad plures mit-
teret & occideret, ope S. Sebastiani
à nefaria mente & proposito abdu-
ctam se professa est.

Pestis.

Michaël Bräntl Walperzkirchij
in Bavaria natus, opificio viator
Viennæ in Austria domicilium fi-
xerat hoc ipso tempore, quo va-
statrix pestis tot hominum millia
ea in Urbe absumpsit. Voto pro-
pterea D. Sebastiano se obligavit,
quod postea soror ipsius Walperz-
kirchij morata, exsolvit, ob insigne
& rarum beneficium, quod ab eo
tempore nec ipse pater familias Mi-
chaël, nec domus ejus in media
regione mortis quicquam ab illa
communissima lue perpessa sit.

Gravis In-
firmitas.

Balthasar Köck Pfaffinganus ine-
unte Vere gravi morbo correptus
ultra anni quadrantē constans de-
cubuit, ut vix per paucas horas
extra lectum quandōq; esse liceret,
omni præterea membrorum usu ut

plu-

plurimūm captivo. Varios equidem in hac sua infirmitate Gælites invocaverat; sed nullum propterea adfuit ex alto opportunum auxilium. Quantūm fas est credere, servabatur hæc D. Sebastiano gloria, cuius ope recreari afflictam valetudinem sensit, & publicè etiam prædicavit.

Quod sequitur, & Sanctum, & D. Sebastiano gloriosum est. Puella erat sæpè alias multūm contra pudicitiam tentata, átque etiam procos insidiatores passa cum laude victoriæ. Accidit, ut cum honesto viro & domi suæ noto ad celebrem quendam locum tenderet. Progressis sat longo spatio jungit se vir terius itineris comitem. Omnia signa initio honestatem loquebantur, & virtutem: re ipsâ diabolus personatus erat in omnes occasions intentus, ut bonæ femellæ pudori immineret. Viro altero non nihil, ut sit, remanente, neq; ta-

*Periculum
à demoni
proco.*

Cc 5 men

men extra conspectum progredi-
ente, cœpit hic Thraso aperte
Amaſium prodere, opulentiam su-
am jactare & extollere, annulos
promere, & bene multos aureos
nummos ostentare, quibus sibi sub
honesto titulo & colore futuram
ſponsam subarrharet. Aurea hæc
verba erant, aurea promissa, sub
quibus tamen nescio quid terrifi-
cum latere puella adverterat: pro-
dit enim ſuomet ſe calceo & pede
quantumvis vafer dæmon. Ergo
tacitè bona virgo votum ad Divam
Duntenhusianam & S. Sebaſtianum
Eberspergensem facit. Et ecce!
Scenicus ille Sponsus momento di-
ſparet, nec poſtea, præter naturam
lenonum ſæpius redeuntium, un-
quam amplius ſuis cum nundinis
viſus eſt. Virgo eo caſu multò
doctior votum ſuum Eberspergæ
exſolvit, & ſervatæ pudicitia no-
bile trophæum conservatori Seba-
ſtiano ſtatuit.

An-

ab An. M. DC. LX. ad An. LXXXVII. 409

Anno M. DC. LXXX. Andreas Hamersperger nimio sanguine per nares effuso ad extrema deductus, cùm reliqua media fistendo fonti illi nihil opis adferrent, D. Sebastiano commendatus mox stare guttam jugiter manantem sensit, eóque Medico opitulante prope diem & succum pristinum, & vividum colorem recepit.

Sanguinatio.

Gaspar Lenger pedem habebat *ignis sacer.* igne facro, ut vocant, ustulatum. voto ad D. Sebastianum facto, incendium illud mox fopiri, & non multò pòst penitus extingui sensit.

Sagittæ D. Sebastiani nomine & sacri Cranij attactu consecratæ non ita pridem ab Illustrissimo quodam Magnate in Bohemiam ad sua Bona, quæ ibi possidet, missæ suam ex superata ibidem peste victoriam & laudem retulerunt, cultumque Divi propitij ibidem locorum non mediocriter propagarunt.

Pestis.

An.

410 Beneficia à D. Sebaſt. M. collata

*Angustia
pectoris.*

Anno M. DC. LXXXI. Joannes Mair Schönaugiensis à gravibus pectoris angustijs & oppressione anhelitus intercessione S. Sebaſtiani liberatus est.

*Lues peco-
rum.*

Ursula pauper Colona Frauen-Neuhardicensis viderat vitulum suum nescio quo malo tabidum, jam toto corpore & membris omnibus in mortem reporrectum. Comiseratione pecudis tacta vovit figuram ceream formæ minoris S. Sebaſtiano, quem medicum sciverrat non tantum hominum, sed etiam pecorum. Intervenit maritus, & vitulum jam ferè extinctum videns, stultum ac supervacaneum votum increpavit cum dictero. perstigit tamen uxor in fiducia, & ecce! proprio nisu & viribus paulò post vitulus, velut ex deliquio, in pedes assurgit, plenèque convalescit. Idem de vaccis suis in partu laborantibus testati sunt Georgius Kerschl, & Joannes Knalling, ambo Rustici.

Ca-

R II
J^a

Catharina quædam , virgo pau-
perrima , suâ tamen forte, ut puta-
bat, felix in altam cerasum (quæ
præcipitio ex parte declivi , stipite
suo imminebat, in vastam scrobem
propendens altitudine pedum tri-
ginta sex) eluctata fuerat , ut inde
cerasa legeret . Verùm cùm esset
in edito, subitò coorto valido ven-
to impulsa foliosa arbor feminam
suäpte naturâ & sexu timidam in
vertiginem egit, ut nullâ jam ra-
tione à lapsu se continere posset.
Subiit tamen, ut priusquam ex al-
to rueret , D. Sebastiano in brachia
se commendaret, quò leviùs saltem
caderet. Cecidit, sed ita feliciter,
quasi in substratas plumas nullo
corporis danno, imò vix sensu.

Ursula Obermairin igneâ febri
torrebatur ; verùm ex hoc suo , ut
ita dicam , Inferno D. Sebastiano
se commendavit , & refrigerium
sensit; Neq; etiam parvulus, quem
inc laetabat, quicquam labis , aut
in-

Februa.

412 Beneficia à D. Sebaſt. M. collata
incommodi ex corrupto haſtu
acepit.

Februa.

Barbara Pfanzeltin sexaginta ali-
quot annorum vidua Vilsbibur-
gensis diuturnâ tertianâ ad extre-
mum virum defectum redacta vix
offibus hærebat; nihilominus vo-
to ad D. Sebastianum edito tanq;
ætatis vetula adeò statim toto cor-
pore emendatam se sensit, ut stu-
pentibus omnibus absque fatiga-
tionis incommodo Vilsbiburgen-
sem supplicationem, quæ ex Op-
pido Eberspergam tunc ducta fuit,
comitari ipsamet, & quidem pe-
des, valuerit.

Tympanitu.

Wolfgangus Penzenauer hospes
Eberspergensis gravi tympanitide
diu exercitus ab uno Patrum no-
strorum verba salutis audijt, edito-
que ad D. Sebastianum voto multò
æquiùs valere cœpit, ut & ipse, &
vicini efficaciam sospitatoris mira-
rentur, ceu manifestam. Cùm
verò mutatâ mente ipse subinde

præ-

præoptaret & mallet ultrò mori, ut
pote dispositâ jam optimè consci-
entiâ, quam longius supervivere,
cœpit ad votum ipsius morbus re-
crudescere, ipse cum antiquis do-
loribus conflictari, & inter acerbif-
simos cruciatus viatrice cum pati-
entia emori, mirantibus universis,
quibus mens viri cognita erat, Cæ-
lites humanæ voluntatis explendæ
tam studiosos inveniri.

Gasparus Hartschmid Rettenba-
censis gravissimos in dextro femo-
re dolores perpetiebatur, multos-
que annos varios chirurgos fatiga-
bat, cùm hominem non haberet,
qui juvaret, ad Cælites conversus
D Sebastianum imploravit, & Me-
dicum expertus est.

Catharina Reitenfis vidua pro-
fessa est, se vitam jam abhinc ali-
quot annis S. Sebastiano in acce-
ptis referre: Etenim ab ebrio ma-
rito cum fumante crapula ex po-
pina redeunte stricto ferro appeti-
ta,

Pedis dolores

*Periculum
Confessionis.*

414 Beneficia à D. Sebast. M. collata
ta, D. Sebastiani, quem subito im-
ploraverat, patrocinio plus quam
triginta puncturas declinavit, cer-
tissimò confodienda, nisi tam dex-
terum pugilem habuisset adjuto-
rem.

Fascinum.

Iñæ Conjuges erant, ceterà ho-
nestissimi, qui ipso nuptiarum die,
fascino, ut videbatur, illigati mul-
tis annis sine mutuo affectu, sed
magno potius odio ac fastidio in-
ter se miserum, molestumque ma-
trimonium vixerant. Adhibitis
subinde sacris Reliquiis & voto ad
D. Sebastianum concepto exarst
maritalis amor, paulò post etiam
secuta proles, quā haetenus care-
bant.

Periculum
à amore,
& mato de-
sperationis.

Puella quædam ex propinquâ
Urbe oriunda, libertatis amantior,
scelerum desiderio ad hæreticos
transfugerat. Ibi in omnem licen-
tiam præceps sectario cuidam male
confuevit, cohabitavitque. A Boi-
cis autem retracta suis postliminiò
resti-

restituta est laribus, ne fidei periculum adiret, quæ plerūmque post pudicitiam mulierculis ejusmodi venalis est. At néque domi melior fuit: dum enim nescio cui scortatori ibidem adhæsit, sequentibus noctibus pedibus correpta, lecto extracta, & in pavimento extensa dirissimè multoties vapulavit, vultu ipso sæpe unguibus fœdum in modum exsculpto, ac lacerato. Hanc carnificinam pertæsa in pia meretricula in eam cogitationem venit, ut stricto cultro se ipsam ferret, & sceleratam vitam fatali ictu citò absolveret. Aliâ vice in præterfluentem se præcipitem abriicere penè se statuerat, ut scelerum pondus mergeret, semper tamen occultâ quadam vi à nefario proposito repulsa est. Non multò post magis curiositatis, quam religionis causâ Eberspergam delata, loci sanctitate adeò potenter & salubriter in animo suo iecta est, ut mox se D. Sebastiano intimè commehdaverit,

Dd

ac

416 *Beneficia à D. Sebast. M. collata*
acde peccatis antè perpetratis ma-
gno horrore concepto ope Sancti
meliorē mentem se recepisse ipsa-
met professa sit.

Wolfgangus Schmid Buechenſis
furiosus effectus tribus integris an-
nis, belluæ instar rabidæ, catenis
vinciri debuit, ne in obvios quos-
que irrumperet. Divo Sebastiano
à suis devotus plenè sibi restitutus
triennio toto in pace, & malacia
supervixit, demum tertianā con-
sumptus, sacris omnibus rite mu-
nitus, & ad ultimum sibi semper
præsens tranquillissimè obiit.

Celebre admodūm naufragium
est, quod ad Grainburgum Wal-
serburgenses incurrerunt. Ibat na-
vis multis sanè capitibus onusta,
quæ pios peregrinos Oettingam
peregrinatum secundo Oeno de-
vehiceret. Sed citius aliqui horum
ad portum Æternitatis, quam Oet-
tingam appulerunt, ultra triginta
quantum constat, de numero illo
mersis. In hoc articulo unus Civis

vi.

Maniacus.

Naufragium

ab An. M. DC. LX. ad An. LXXXVII. 417

vitam suam, alius vero uxoris suæ D. Sebastiano se debere affirmavit: nam cum illa natandi imperita longam jam sub undis moram traxisset, & satis supérque bibisset, voto edito S. Sebastiano à marito commendata caput rursus extulit, & emerxit. Alia in eodem naufragio undis diu raptata voto ad S. Sebastianum facto natantem Christi Crucifixi ligneam majoris formæ imaginem, quæ & ipsa de navi exciderat, conspicata, disponente Deo, eam iconem, cœu missam in naufragio tabulam apprehendit, & in hoc salutis Labaro, ac victrice scapha feliciter enatavit. Liberati appensâ tabulâ acceptum à D. Sebastiano beneficium testati sunt.

Anno M. DC. LXXXII. Joannes Obermair tabellio Frisingensis gravi Apostemate intra collum enato laboravit, futurumque erat, utrupto ulcere introrsum præsertim effluente suffocaretur, nisi D. Sebastiani fideli ope fuisset servatus: voto

Dd 2 quipæ

Apostemate

418 Beneficia à D. Sebast. M. collata
quippe ad eum concepto purulenta
spongia aliâ se viâ aperuit, & ne-
glecto periculoſo colli itinere fut-
sum per os effluxit, secūs, quām
medici ex artis scito divinaverant.

Hoc ipso Anno gravis & vulgata
lues totâ Bavariâ inter pecora ma-
gnâ sanè strage grassabatur. Vo-
lantern cancrum morbum illum
vulgò appellabant. In lingua ani-
malium sedebat malum enatis ibi
pustulis tam atroci & præſente ve-
neno prægnantibus, ut, si tempori
remedia non adhiberentur, viginti
quatuor horarum ſpatio robustiſſi-
mi etiam boves conciderent. In
hoc rerum ſtu multi ſua pecora
D. Sebatiāno impensè commen-
dārunt, & ab interitu ſervârunt.
Ipſe Serenissimus & Reverendissi-
mus Albertus Sigismundus Bavariæ
Dux, Epifcopus Frisingensis & Ra-
tisbonensis post aliquam armenti
ſui jacturam magnam aquæ bene-
dictæ copiam per ſacrum D. Seba-
tiani Cranium transfundi voluit,
quam

Lues pecor.
ſpatio.

R II

10

ab An. M. DC. LX. ad An. LXXXVII. 419

quam deinde reliquo potu mixtam
in stabulis suis adhiberi jussit, me-
dioq; hoc perquām proficuo luem
a pecore suo in tempore repulit.
quo ipso in negotio alij quoque,
quos brevitatis causā omitto, D.
Sebastiani ope gloriati sunt.

Anno M. DG. LXXXIII. Joāes
Keckmiller bono, ut sibi videbatur,
jure Molendinum Serrarium con-
cinnaverat, átque extruxerat. Inde,
ut sit lites vicinorum enatæ sunt
propter Meum & Tuum, frigidum
illud verbum. Non amabat vir pa-
cis studiosus tantulo impendio rixas
in longum ituras & odium homi-
num. malebat lucello qualicunque
earere; quām quiete. Ergo D. Seba-
stiano, ceu arbitro Saerum vovet.
& positā controversiā pax rediit.

Pater quidam Societatis nostræ
aliunde Eberspergam missus, im-
portuno sanè tempore podagricis
doloribus infestari cœpit. Vovit
cum bona Superiorum venia D. Se-
bastiano Podagræ domitori jejuni-

Dd 3 um

odium victorium.

420 Beneficia à D. Sebāst. M. collata
um in pervigilio Sancti observan-
dum, & dolores omnes, velut ac-
cepto imperio, abscesserunt.

Amentia.

R II

J II

Pes fractus.

Maria Krain Villica Aitershof-
fensis non procul Straubingâ post
tactam fulmine & exustam villam
suam, post defunctum maritum, ex
terroribus & ærumnis identidem
recurrentibus de statu mentis de-
jecta multo tempore amens fuit.
Accessit hydrops medici opinione
fatalis, è quo tamen emersit, uti
& è ceteris concatenatis miserijs,
posteaquam votum D. Sebastiano
nuncupavit. Tabula prodigijs te-
stis Straubingâ Eberspergam missa
ibidem inter signa pendet.

Nobilis & Clarissimus D. Fran-
ciscus Ignatius Schön Jurium Do-
ctor, Electoralis Concilij Aulicij
Advocatus & Toparchiæ Ebersper-
gensis Prætor in itinere suo nego-
tiorum causâ per Sueviam suscep-
to ex equo jam in casum prono deli-
liens pedem fregerat. post cuius
curationem haud admodum feli-
cem

ab An. M. DC. LX. ad An. LXXXVII. 421

cem S. Sebastiani Cranium Eber-
spergæ piè veneratus , post fusas
preces , quibus se meliori Chirurgo
commendaverat, illicò quoq; me-
liores vires sensit , ut jam sine ad-
miniculo, quod huc usque non po-
terat, liber ingredi posset, & extu-
berans ossis extantis particula in
proprium locum recipere se se fue-
rit deprehensa , nullo deinceps
claudicationis vitio , aut incessus
difficultate reliquâ. Testem acce-
pti beneficij argenteum pedem
postmodùm Patrono suo suspendit.

Anno M. DC. LXXXIV. Geor-
gius Ringer Neohusanus sacrum
eucharisticum Eberspergæ fieri cu-
ravit, quod filium ex sævissima pe-
ste & ipsa memorabili obsidione
Viennensi , velut ex Sepulcro ope
S. Sebastiani salvum & incolumem
recepérunt gladio & morti supersti-
tem.

Georgius Paur Härtmaringensis
ante triennium S. Sebastiano vove-
rat tantum cerei filii, quantum am-

Reffū.

Voti dilatî
pana.

Dd 4 bitus

422 *Beneficia à D. Seb. M. collata*
bitus ædium suo cingulo & coronâ
caperet. Causa vovendi erat duo-
rum equorum interitus, & reliquo-
rum periculum. quia verò votum
suum hoc usque exequi neglexe-
rat, rerum omnium supinè per-
tæsus æger animo; & mentis per-
urbationibus, ceu quibusdam ma-
nibus exagitatus, nec non capitâ
insecutâ vertigine, reliquorum ma-
lorum colophone, vix non in ma-
niam & desperationem agebatur.
Sensit, nescio quo monitore, dilati
voti acerbum fructum. Voto
proin executioni mandato, mitiga-
tam mox notavit maiorum suorum
conjunctionem; meliora redière
sidera, spes & quies.

*Periculum
ab efferratis
equis.*

Anna Brandmairin Civis Mos-
burgensis, cùm An.M.DC.LXXV.
negotij causâ in volante apertili
rheda cum una alteraque itineris
comite in viam se dedisset, equi
verò ut fit, ex objecto trunco,
turbatâ phantasiâ cohorruiſſent,
ipſi deſeritâ orbitâ exleges ruptis

16-

repagulis in vicinum stagnum pleno impetu delati sunt. Certum periculum ante oculos obversabatur, quod tamen voto providè facto, feliciter evitatum est, cursu ferocium animalium properè inhibito. Tabula rei gestæ postmodùm hoc Anno M. DC. LXXXIV. appensa est, quo etiam historiam ponere hoc loco placuit.

Hoc ipso Anno D. Christophorus Wegerle voluntarius tribunus in Legione Montfortiana Bibercensis ortu, Suevus D. Sebastiano, quantum in ipso fuit, se gratum stitit. Operæ pretium est, rei seriem, prout gesta est, hīc apponere. Erat is Anno M. DC. LXXXIV. in obsidione Budensi IV. Octobris Sagittâ Turcicâ, & insuper glande plumbeâ graviter vulneratus. Decubuit nullâ spe vitæ reliquâ: voto verò ad D. Sebastianum edito omnino convaluit missâ Eberspergam hostili sagittâ, quæ tamen incuria illius, cui tradita & commissa

*Gravis vulnus à Sagitta
ta Turcica.*

Dd **s** fuit,

424 Beneficia à D. Sebast. M. collata
fuit, vel perdita, vel neglecta, certè
hīc loci extradita non est, alias certè
locum habitura inter præcipuas
manubias, & agnatas Divi Marti-
ris Sagittas.

Febris,

Ampfingæ, loco hinc quinque
milliaribus disto familia quædam
multorum capitum ope D. Seba-
stiani ardente febri in tempore li-
berata est.

Anno M. DC. LXXXVI. Mi-
chaël Schnabl Hechenlindenſis
grassante passim dysenteriâ, quæ
multos hinc inde stravit, & extulit,
& ipse & uxor illius correpti sunt.
facto autem ad D. Sebastianum vo-
to, quod uterque Eberspergæ con-
scientiam in sacro tribunali ponere
& divinæ accumbere mensæ vel-
lent, ambo vitam servârunt.

Hoc ipso Anno rusticana Ancilla
Anna appellata gravi dolore capi-
tis & pedissequâ mali illius maniâ
certis temporibus effictim labora-
bat. Ubi verò ægra hortatu Con-
fessarij ad Divi Indigetis opem con-
fugit,

ab An. M.DC.LX. ad An. LXXXVII. 425

fūgit, & duos Cereos Divo sub
Missa arsuros promisit, sensit inte-
grè se restituam.

Añ.º Christi M. DC. LXXXVII. Supplicatio.
Urbi Monas-
censis.
Eberspergensi Ecclesiæ fuit cum-
primis memorabilis ob acceptum
a Monacensibus singularem ho-
norem, qui sub geminis Confrat-
ternitatibus sanctæ Crucis Forster-
riedensis, & quæ sub Titulo S. Se-
bastiani Monachij erecta est, con-
gregati ipso pervigilio S. Mariæ
Magdalenz Eberspergam excurre-
runt ductâ frequentissimâ suppli-
catione quatuor millium capitum,
singulari modestiâ, ac Religione.
Erant in comitatu utriusque agmi-
nis non plebs tantum promiscua,
sed prima etiam Aulæ Capita & or-
namenta, Proceres intimi, Comi-
tes & Barones, Urbis præterea Con-
sules & Senatores. Finis tam nu-
merosæ Supplicationis erat pietate
præcipius, publico bono intentus,
ut militi nostro prælia Domini in
Hungaria prælanti præclaræ ad-
versus.

426 Beneficia à D. Sebaſt. M. collata
versus Turcas Victoriæ junctis pre-
cibus à Domino Exercituum impe-
trarentur. id, quod postea felix
eventus ostendit, Turcā ad Moha-
zium luculenter cæso. quæ victoria
toti Ecclesiaz postmodum tam fuit
læta & gloria, hosti verò adeo
deplorata.

Porrò nec hoc Anno beneficia
D. Sebastiani è Cœlo præstita de-
sunt, quæ tabulis consignari cura-
runt ij, qui acceperunt, præsertim
qui ab ardentibus febribus ope D.
Sebastiani liberati sunt.

Dysenteria
cum impe-
rito voto.

Alius quidam de agro pluribus
leuis hinc distans, cum dysenteriâ
laboraret, famâ D. Sebastiani mo-
tus, eundem Sanctum simplici &
imperito voto in auxilium advoca-
vit, pollicitus, tot se crucigeros
Divo oblaturum, quot nimurum
vulnificas sagittas in corpore suo
olim Sebastianus ad palum exce-
pisset. Cum verò vir bonus mox
sibi restitutus postmodum nesciret,
quot re ipsâ spiculis Martyr fuisset

con-

confixus, voti sui interpretem quæ-
sivit hinc inde, nec tamen conti-
nuò invénit, qui de certo sagitta-
rum numero certi quicquam asse-
reret. Eberspergam cum scrupulo
suo profectus determinatum item
spiculorum numerum sollicitè in-
dagare cupiens, si quid certi ex loci
historia fortè constaret, nummos
bene multos argenteos in parato
habuit, quibus votum & nomen
suum Divo obzratum liberaret.
At ubi à Patre quodam intellexit,
D. Sebastianum paucis contentum
in re incerta quæstum non amare,
nec carō beneficia sua, præsertim
pauperibus, venialia proponere,
acquievit consilio monentis, & ra-
tionabili obsequio sospitatori suo
satisfecit.

Atque hisce Tractatum hunc
claudimus, sat bene, si tibi, *Amice*
Lector, placuerit: aliud enim operæ
nostræ seu pretium, seu præmium
non quærimus, quàm Dei Ter.
Opt,

428 Beneficia à D. Sebast. M. collata &c.
Opt. Max. gloriam , tum honoris
S. Sebastiani propagationem , &
animorum lucrum. Hoc fine scri-
psimus , hoc item calamum poni-
mus & absoluto brevi , ac pio
Opusculo conquiesci-
mus.

Omnia ad majorem DEI
gloriam,



SYL.